Hic Comment. a censoribus codicum hebr. prætermittitur, quare ineditum puto. Incipit : « Fructus justi arbor vitæ. » Langius existimavit hunc esse titulum libri, eo quod litteris majusculis exaratum viderit. Sed omnino principium est, ut ex contentu evidenter patet; et idcirco a librario litteris capitalibus descriptum, quod semper in principiis novi argumenti observat. At fortasse idem, et principium, et titulus est, ut in libris Pentateuchi, etsi id asserendum nulla ex codice ratio convincat.

6. Excerpta ex manuscriptis et Comment. Abenesræ in Pentateuchum. Totum edidit Bombergius, sed multis in locis depravatum. Latini juris fecit Conradus Pelicanus.
7. *Liber Kabalæ* continet Historiam Seniorum per quos Kabbala, seu traditio accepta a Moyse propagata est ad posteros. Cod. manuscrip. in membrana in-4°.

Codex bonus, ex quo multa ad eruditionem Hebraicam conferri possunt; auctor scribitur Abraham Levita; est ille Abraham Levita ben David, qui Kabalam historicam scripsit, citaturque sæpe a Jo. Buxtorfio in Commentario Masorethico historico

8. Explicatio operis quadrigæ R. David bar Joseph Kimchi. Explicat primo quid per currum sacri auctores intellexerint. Ubi de prophetia et prophetis in genere, deinde procedit ad particulares visiones in quibus Deus prophetis in curru apparuisse dicitur, ubi de celebri visione Ezechielis. Commentarius brevis est.

Sequitur Tractatus ejusdem Historia *Berescit*, seu in Hexameron ubi de cœlo, et mundo, et elementis Commentarius philosophicus.

Sequitur alius Tractatus, prolixior antecedentibus, De anima; qui tamen nomen Davidis non præfert; in hoc agitur de anima et ejus potentiis, et operationibus, philosophica methodo : Dividitur in undecim capita. His nectuntur alia Fragmenta in hoc unum volumen compacta, duo de Legibus, tertium de Deo et ejus attributis. In fine Tabula Astronomica ubi de annis *hammehubbarim*, seu embolismi, numero aureo, de neomeniis, et quatuor sectionibus. Sunt tredecim tabulæ, inquit titulus, quas scripsit Magister noster Nachsciun, et continent cyclum lunarem. Tabula scribitur anno 5313 a creatione mundi, et anno 377 a consummatione operis.

9. Ezechiel et xii Prophetæ minores, hebraice, codex eleganter, et nitide descriptus in membr. in-4°, venerandæ antiquitatis; pars Zachariæ, et Malachias totus exciderunt, titulus exterior corrigendus qui Danielem habet.
10. Psalterium armenum, manuscrip. in-fol. min., armenice.
11. Evangelium armenum, manuscrip. in-fol minori, armenice.
12. Psalterium syriacum editionis quam apud viduam Hiericuntinam repertam

Origenes quintam vocat, inquit Gregorius Barhebræus. Eamdem contuli cum hebraico et textu Septuaginta, et cum neutro convenire deprehendi. Psalterio nectuntur Cantica Veteris et Novi Testamenti, et aliæ preces dicendæ in quadragesima. In fine Carmen S. Ephrem de amne sapientiæ, quod Ger. Vossius edidit tomo secundo Operum ejusdem S. doctoris. Dividit Psalmos in Phetgome, seu Sententias, unde primus Psalmus habet 14 sententias, secundus 28, et sic de reliquis. Manuscrip. in-4°.

Codex optime scriptus charactere maronitico, et antiquitatis non contemnendæ, quam his verbis notavit Amanuensis : « Finem habuit liber hymnorum David an. 162 Alexandri, scriptus ab Hausciab peccatore in monasterio Benedicto Kizchajæ. Hoc monasterium est in monte Libano in diœcesi Tripolitana. »

13. Missale Romanum cum suo calendario ex latino in Armenum conversum a Gregorio archiepiscopo Armeno.

Illum Gregorium esse puto, qui anno 1512 Armenorum archiep. Romæ creatus fuit; hunc ille codicem scripsit fortasse ad usum suæ Ecclesiæ Naxivanensis in Armenia quæ latinum ritum sequi cœpit circa 1318.

14. Liber Esther, hebr., manuscrip. in-16.
15. *Liber Compositionum*, heb., Operis Auctor R. Emmanuel ben Salomonis Beneventanus; expositio in Prov. Salomonis hanc ille distinxit in 28 compositiones. Quibus Ethicam omnem complectitur in-4°.

Liber docto lectore dignus.

16. Psalterium hebraicum impressum, in-16.
17. *Figura terræ*, Tractatus physico-mathematicus de cœlo, mundo, et elementis; dividitur in 10 capita.
18. Psalmi, proverbia, Job et Daniel, hebr., in-16.
19. Dialogus filii regis, et Naziri, ex græco in arabicum olim conversum, hebraicum fecit Abraham archirabbinus Barcinonensis ben Chasdai, Liber ethicus et græca sapientia dignus, cod. manuscrip. olim editus. (*Vide inferius.*)
20. *Megilla Esther*. Historia Esther, hebraice optime scripta sine punctis; in-8° oblongo.
21. Supercommentarius in Commentarium Abenezra in Legem R. Samuelis Mothoth, hebr., in-4°, Venetiis an. 314, min. supputationis, apud Bombergum.
22. Tractatus philosophici de accidente, de oppositis, de imagine quæ apparet in speculo, cujusdam fratris Germani, cujus nomen non indicatur; Codex eleganter scriptus in perg.; in-4°.
23. Psalterium arabicum, titulus exterior corrigendus, qui habet chaldaicum; editionis Melchitarum, nempe Christianorum Syrorum, qui in utraque Phœnicia sunt, et ritum Græcorum sequuntur.

Hanc adornavit Theodulus Aben Alfathl diaconus Antiochenus quingentis abhinc annis, ejusque autographum exstat Damasci in Syria. Cum textu Septuaginta fere concordat; adjecta ad hæc Cantica 10 Veteris et Novi Testamenti hoc additamentum habes fere in omnibus Psalteriis Orientalium syriaco, arabico, æthiopico et armenico.

24. *Liber Esther*, manuscrip. in-4°, hebr.

Multa exciderunt.

25. Psalterium æthiopicum quod Johannes Potken, qui illud edidit chaldaicum vocat, sed male, nam etsi lingua æthiopica cum chaldaica conveniat, alia tamen est, et ab eadem magis diversa, quam hebraica, aut arabica.
26. Aba Achmad in Analytica Aristotelis interprete R. Mose ben Tybbun, ut indicat alius manuscrip. a Plantavitio notatus in Bibliotheca Medicæa de urbe; etsi loco Abu Achmad Abu Chamad legat.
27. Εὐχολόγιον *Hispanum*, seu potius hymni sacri ad idem Euchologion spectantes, horum auctores sunt R. Judas Hallevi ben Samuelis Hallevi celebris poeta Hispanus Abrahamo Abenesræ suppar, R. Isaak b. Gheat b. R. Judæ Cordubensis Archisynagogus, Moyses Abenezra, et R. Salomon b. Ghebirol. Codex msc. in-4°, sed olim impressus cum toto Euchologio Hispano Venetiis.
28. Codex continens sequentes tractatus. — Historia eorum, quæ acciderunt R. Jehusciah b. Levi, ubi de morte ejusdem fabella lepidissima. — Homilia in librum Esther. — Sermo de oratione in quo septem ejusdem impedimenta explicantur. — Sermo de lege, alius in fabulas Talmud. — Sermo de vita Moysis; alter de morte Aharonis. — Libri Tobiæ, et Zorobabelis.

Legatio regis Æthiopiæ ad summum pontificem, in qua multa Christiano nomini injuriosa conficta sunt, ex officina R. Hedalis Aben Sabjia hic inserta; hanc eamdem habes numero 47 plutei sequentis. Sermo in Oseam. Sequitur dialogus ethicus doctus, et sanus filii regis, et Naziri, interprete Abrahamo bar Chasdai. Quem supra habes numero 19 in cod. manuscripto charactere antiquo hispano; omnia in hoc impressa, quantum colligi potest ex forma characterum, Constantinopoli, nam editionis nota excidit.

29. *Comment. in capitula Patrum*. Tractatus talmudicus in codice nono quarti ordinis Nezikin. Continens Apophthegmata seniorum ad mores componendos, et legis observantiam conducentia, in sex capita distinctus. Hæc omnia commentario illustrat. author Judas b. Samuel Lerma : corrigendus itaque titulus exterior, qui *Abarbanelem* habet. Cod. hebr. in-4° impressus Venetiis, anno min. sup. 313.

Face postérieure.

30. Biblia hebraica cum masoreth uncialibus litteris elegantissime scripta in membranis.
31. Biblia hebr. nitidissime scripta a quodam neophyto, ut initium indicat; in-folio.
32-39. Biblia regia hispanica opera Ariæ Montani, edita Antuerp. cum Dictionario

hebraico-syro-chaldaico, et græco; 8 vol.

40. Codex Evangeliorum syriacus. (*Vide inferius.*)

41. *Arca fœderis*, ms. hebr. charactere hebraico, agit de creatione mundi, et ejusdem gubernatione.

Ineditum puto.

42. *Liber radicum*; auctor est R. Joseph Albo Hieronymia a S. fide celebris Neophyti σύγχρονος, cum quo etiam subire coactus est publicam disputationem: hujus συλλογὴν habes in hoc tractatu, in quo præcipuæ fidei nostræ mysteria convellere nititur, et Judaicam superstitionem statuere, cod. msc. sed olim impressus Venetiis, et Arimini.

43. *Liber generationum Adam*, anonymi. Codex ms. hebr. in-4°.

Tractatus prolixus, et bonus, dividitur in 4 partes, in quibus has materias versat, et digerit.

44. *Scientia animæ.* Tractatus de animæ natura, operationibus, retributione, angelorum custodia eidem deputata, conclusiones suas ex Scriptura, et Sphilosophia plerumque deducit, etsi non semel ad fabulas inepte deflectat, quod cum reliquis Rabbinis vitium illi commune est. Cod. ms. in-4°.

Idem citat R. Abraham videntem, et ejus librum De præceptis; quod notavi in gratiam *Bibliographorum Hebraicorum.*

45. Liber Josue, Judicum, Regum primus et secundus usque ad censum populi a Davide imperatum, reliqua interciderunt, cod. hebr. in-4° nitide scriptus, et optime conservatus in pergameno, satis antiquus, sed quædam folia aliena manu inserta videntur.

46. *Commentarius in Ecclesiasten.* Anonymi cum ejusdem Epistola ad Henricum regem Galliarum, ex qua tamen satis colligi videtur auctorem esse R. Abdiam Siphronæum seu Sphornum medicum Italum, filium Jacob Sphorni, qui sæculo superiore sub Henrico III et IV scripsit luculenter in Ecclesiasten, et 4 alios libellos, qui *Meghilloth* dicuntur, nempe Cantica canticorum, Ruth, Esther, et Hieremiæ Lamentationes. Cod. msc., sed olim editus Venetiis.

47. *Liber consuetudinum*, seu rituale Judæorum præcipue Germanorum, quorum ceremonias refert, et variis notis illustrat. Impressus Rivæ Tridenti, in-8°.

48. *Docens scientiam.* Commentarius in Halachot, seu constitutiones juris usu receptas. Hic est tomus secundus decisionum R. Jacob b. Ascher Germani, in quo agit de vetitis, et licitis, quæ pertinent ad cibum et potum, ubi de jugulatione animalium, de inspectione viscerum, de idololatria, de balneis, de muliere menstruata, de vino libaminum et funerum luctu, omnia illustrantur luculento commentario R. Joseph Karo.

49. *Ornamentum Davidis.* Tractatus in articulos legis Judaicæ; in fine adducuntur hymni recitandi in solemnitate circumcisionis, nuptiarum et expiationum. Auctor David cognomento Vitalis b. Salomonis medicus Toletanus et poeta insignis.

50. *Fundamenta religionis.* R. Nisim F. Mosis, filii Salomonis, filii Mosis Codex msc. in-4°.

Agit de articulis legis, qua occasione multa ex Pentateucho adducit, et explanat.

51. *Fundamentorum fidei* impress. Joseph Albo.

52. Liber Job, et Esdræ, msc. Hebr. in-4°.

53. *Difficiliores quæstiones super Rasci*, seu excerpta ex Commentario R. Salomonis Sarchi in Pentateuchum continentia varias quæstiones Biblicas, et earumdem solutiones ex mente ipsius Salomonis. Codex bonus et rarus, in-folio minore, rabinico charactere, et difficili scriptus, compilatore R. Isahak Levi.

54. *Generationes Isahak*, seu Expositiones in Pentateuchum Isahak Karo Toletani. Titulus ex auctoris infortunio natus, ut ipse testatur; amissis enim filiis Hierosolymam profectus, hos commentarios scripsit, et pro filiis habuit. Excusus Riva Tridenti cum præfatione R. Jacob b. R. David Markaria. an. 318. min. supp. in 4°.

55. *Expositio Tropologica* in quinque parva volumina impress. in-folio an. 305, min. supputationis.

56. Codex Evangeliorum syriacus (*Vide inferius.*)

57. Quæstiones et responsa R. Joseph Kolon Galli ab ejusdem discipulis edita. Venetiis apud Bombergium, an. 279 min. supp.; subscribitur Alexander de Cari revisor.

58. Codex Evangeliorum syriacus. (*Vide inferius.*)

59. *Liber illuminans viam.* Concordantiæ Hebr. sanæ Scripturæ R. Mardocai Nathan in-folio, Venetiis apud Bombergium anno 324 min. supput.

60. *Liber bellorum Domini*, R. Levi ben Geson msc. hebr. in-folio.

Agit de præcipuis articulis fidei, et philosophiæ, et in 6 partes dividitur, quarum prima varias quæstiones exhibet circa rationalis animæ immortalitatem; secunda tractat scientiam futurorum et artem divinatricem, in qua multa falsa et impia congerit: tertia de scientia Dei; quarta de divina Providentia; quinta de cœlis, et eorum motu; sexta de creatione mundi. Codex optime scriptus et conservatus; aliud exemplar habes inferius in secundo pluteo nitidissime scriptum. Olim editus Rivæ Tridenti.

61. *Liber Raziel Magnus.* Liber scriptus ex Arabum scriptis consarcinatus, quem Hebræorum superstitio putavit Adamo ab Angelo Raziele revelatum. Dicitur hic magnus Raziel ad differentiam alterius, qui minor appellatur, et est Abulhaphia doctor Hispanus, qui Razielem appellari se mavult typho plane Judaico; de quo tamen inferius. — In eodem volumine excerpta ex lib. Sezira De mysteriis Zirsuph: incipit: « *Viginti duæ sunt viæ.* »

Deuxième pupitre.

1. Biblia hebræa cum suis expositoribus, quos inter R. Benjamin de quo sic Piruse, seu expositio litteralis *Divre iamim*, seu Paralipomenon sapientis Raco Benjamin viri Romani faustæ memoriæ.
2. *Liber lucis*, seu splendoris. Tractatus Cabalisticus inchoatus a R. Simeone 5 Jochai ut ferunt Hebræi, et ab ejus discipulis perfectus. Codex editus Cremonæ apud Vincentium Contium anno mundi 5319. Christi 1559. in-fol.

Prodiit deinde cum aliis editionibus Cracoviæ, et alibi, sed nostra editio correctior.

3. *Mekor Chaiim*, fons vitæ; Auctor R. Samuel Aben Sena, seu Samuel aben Zartza, utrumque enim nomen usurpat.
4. *Visio dura*, liber damnatæ lectionis. R. Isahak filii Mosis filii Meir, impressus Sabionetæ anno Judaico 312 minoris supputationis, nostro 1552; in-4°, apud Tob Roach.

Agit de creatione hominis : philosophum affectat, et philosophiam laudat Rambam secutus, Christianis et Mahometanis æque infensus, in utrosque insurgit.

5. *Porte lucis Harriq.* id est R. Joseph Gigatella ab Orientalibus vulgo *Hammekubal* seu *Kalalista* dictus, scripsit hunc tractatum in quo omnia fere Judæorum Theologiæ arcana explicantur.
6. *Elucidatio precum;* multarum aliarum elucubrationum auctor R. Jehuda b. Moysis, b. Danielis, Philosophus, et celebris scripturarum scholiastes, scripsit hunc commentarium in preces Judaicas.
7. *Semita vitæ.* Hujus codicis auctor est Joseph Karo b. Ephraim Hispanus insignis Jurisconsultus, et synagogæ Japhet, cum olim floreret, archisynagogus qui audire meruit apud suos Mophet Addor, ævi miraculum, quod Nicolai Damasceni olim elogium fuit.
8. *Pectorale judicis.* Altera pars operis Joseph Karo volumen quartum, in quo agitur de iis omnibus, quæ ad judicia, et forum contentiosum spectant. Codex impressus Sabionetæ an. 319. min. supput. in-fol. magno, apud Tob. Phoah.
9. *Lapis adjutorii.* Volumen tertium Joseph Karo.
10. *Thorator, lex lux.* Titulus exterior corrigendus R. Joseph b. Doro David ben Jachina Lusitani; Commentarius in omnes hagiographos, nempe Psalmos, Salomonis libros, Danielem, Hezram; ex his non pauca edidit, et adnotationibus eruditis locupletavit Constantinus Lempereur ab Oppyck excusus Bononiæ 298 min. supp., Christi an. 1538.
11. *Commentarius in primam et secundam partem Moysis* Bar Majemon

Codex eleganter scriptus, et rarus, sed in secunda parte desunt cap. 44. Auctor hujus commentarii Salomon b. Moysis b. Salomonis, bibliographis incognitus, quod evidens indicium est raritatis.

12. *Hagiographi*, codex optimæ notæ, et antiquitatis non contemnendæ, etsi nonnulla desiderentur. Ms. in-fol. min. in membranis.
13. *Expositio litteralis Psalmorum*, ms. in membranis in-4°. Anonymi charactere rabbinico hispano.
14. *Selectæ Margaritæ, liber Ethicus*, complectitur Apophthegmata ex Arabum et Græcorum libris decerpta; Impressus Cremonæ an. 318 supput. min., Christi 1558, in-4°; apud Vincentium Contium.
15. *Fons Sapientiæ*, codex in officina Kabalistarum elaboratus, solemni deinde mendacio archangelo Michaeli inscriptus.
17. Lapis Lydius. Auctor Scem Tob B. R. Isaak, acerrimus nostræ religionis hostis.
18. *Expositio litteralis currus Ezechielis*, Anonymi ms. in-4°. in eodem compactum volumine. Fons sapientiæ de quo supra n° 15; ms. in-4°, huic nectitur in idem argumentum tractatus R. Simeonis, in quo de futura felicitate et restitutione Judæorum plura; ms. in-4°, sed olim impressus cum sex aliis tractatibus de Kabala.
19. Targum chaldaicum cum Onkelos in Pentateuchum eleganter scriptum in membranis, exciderunt capita 22 ex Genesi.
20. *Lumen intellectus.* Auctor R. Abraham Hispanus, qui inter Arabes versatus arabicum cognomen *Abulhafia* invenit, celeberrimus kabalista, imo famosus impostor. *Liber unius.* R. Ab. b. Meir Abenezræ; tractat de virtute numerorum ab uno ad decem. Subsequitur in eodem codice *Corona nominis boni.*
21. *Quæstiones et responsa* Nissim filii Ruben Gerundensis : codex ms. in-4° anno 5222 a creatione, sed olim excusus Romæ et Constantinopoli Selimo imperante.
22. *Lances justitiæ*, seu statera justa; liber ethicus ex arabico in hebraicum sermonem conversus a celebri codicum arabicorum interprete R. Abraham b. Chasdai. Auctor Arab Abu Achmad Algazelus.
23. *Liber creationis, mas oscuro que las Soledades de Gongora*, et ob suam obscuritatem Thesaurus clausus a suis admiratoribus appellatur. Auctor est R. Achiba juxta saniorem sententiam, etsi patriarchæ Abrahamo ab imperita Judæorum schola tribuatur.
24. *Expositiones litterales in Prophetas posteriores.* Nempe Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, XII minores, et in libros Job, Samuelis, et Regum. Omnes sine nomine auctoris, sed expositio in Jeremiam et Ezechielem est R. Salomonis, etsi ejusdem nomen non præferat. Liber Job ultimus est in codice. Codex in-4°.
25. Expositio litteralis currus Ezechielis; prolixo commentario illustratur primum caput ejusdem prophetæ. Codex hebr. ms. in-4°.
26. *Lux populorum.* Complectitur varias conclusiones, et theologicas, præcipue circa Dei providentiam, adversus epicureos, et de anima. Dividitur in 15 quæ-

stiones, auctore R. Abdia, Sphornii, excusus Bononiæ anno a creatione 5327. Christi 1588.

27. *Vexillum Amoris*, cum expositione Anonymi : titulus desumptus ex Canticis II, III. Putat Bartolocius esse R. Samuelis b. Helchanan de Arkavolti.

28. *Epistola animalium*, Kalonimo ex familia Kalonimon interprete, qui ex arabico in hebraicum translulit, quem ex græco in arabicum verterat Abu Alsapha, et ex arabico turcicum fecerat Amani. Liber Latinis non displicebit, qui tot nationibus placuit, si accuratum interpretem inveniat. Excusus Mantuæ ; in-4°.

In proœmio operis : « Scias, inquit interpres, hanc esse partem ex magno et prolixo opere arabico » translationem absolvisse se dicit anno 076.

29. *Basilica orantium*, hymni hebraici ad ritus judaicos spectantes cum interpretatione italica R. Samuelis de Castro Novo, quibus subjicitur supplicatio in die circumcisionis juxta ritum Judæorum Romanorum. Codex hebr. mss., in-16, sed olim excusus Venetiis.

In fine fragmentum scutellæ argenteæ R. Samuelis.

30. *Ordo precum*, seu Εὐχολόγιον Hispanum. Venetiis, anno 5306 ; in-16.

31. *Quæsita et responsa legalia* R. Meir ben Baruch. Cod. hebr. excusus Venet. an. 316 min. supp., et alibi inter Commentarios Rav. Alphes opera, et studio R. Mordacai.

Ex his, inquit titulus, decerptæ sunt magna ex parte, Animadversiones in libros XIV Hajiad R. Moysis Ægyptii quas R. Meir Hacohen tribuit auctor Juchaim.

32. *Liber candidus*, seu illustris, et splendidus, hoc titulo nequaquam indignus. In quo plurima mysteria de adventu Messiæ, aliisque Christianæ veritatis articulis explanantur. Cod. hebr. in papyro, in-4°.

Auctor R. Nechonia b. Hakkanna celebris inter Hebræos doctor. Hunc floruisse nonnulli ferunt ante Christi adventum, alii tamen eidem superstitem faciunt, et apostolo Paulo σύγχρονον. Ineditus, ex quo tamen plura a Kabalistis citata, ac pervulgata reperies, cod. manusc. cum præfatione R. Eliezer b. Orkanos.

33. *Tabernaculum refugii*. Lexicon synonymorum R. Salomonis b. Abraham b. Samuelis de Urbino. Excusum Venetiis anno 5308.

34. Tractatus de festis Judæorum cum tabulis Tekuphot, et Hibbur Anonymi. — In eodem volumine Gemmæ electissimæ de quo supra..., msc. in-4°.

Caret principio et fine.

35. *Epistolæ familiares* variorum. Insignis est Epistola R. Israelis Hierosolimitani ad Abrahamum Perosa, et ad eumdem altera Raphaelis ex eadem urbe. Mss. in-4°.

36. *Obligatio cordium*, auctore R. Bechai Haddaian. Judæus Arabs arabice scripsit, ex arabico R. Judas b. Saul Aben Tibbon Granatensis hanc hebraicam editionem adornavit. Liber Theologicus, in eo insignis locus de præstantia animæ rationalis, et alter de mundi contemptione et amore Dei ; cod. hebr. impressus Cremonæ an. 5316.

37. *Liber lucis*. Tractatus Kabalisticus anonymi nunquam excusus, inquit Plantavitius. Cod. mss. in pergameno, In-4°.

38. *Liber splendoris*, est pars secunda operis Raisbi, vide supra. Sequitur *Liber mysterii*, tract. kabalisticus.

39. *Fons hortorum* in 5 canales effusus. Quinquaginta Epistolæ familiares, quarum viginti quinque habent adnexas responsiones ; liber philologis scriptus eleganti et elaborato stylo a R. Samuele Arkavolti. Cod. hebr. impressus Venet. anno 313, Christi 1553, in-8°.

40. Decerpta ex Talmud. Cod. hebr. in-8° mss.

41. *Liber lucis*, titulus exterior corrigendus. Tractatus kabalisticus de nominibus Dei, scriptus an. 5086 a creatione. (*Vide supra*, n° 37.)

In eodem volumine expositio litteralis currus, commentarius in primum caput Ezechielis cum paraphrasi chaldæa Jonathan b. Uzielis. Sequitur *Janua mysteriorum*, expositio kabalistica super psal. XIX. R. Theodori levitæ, manuscriptus. Habes alium exemplar in Biblioth. Vaticana. Item *Porta justitiæ*, tractatus de usu matrimonii ; et alter de mysteriis kabalæ, et aliæ quæstiones de spiritibus, de oratione, de embolismo, de pœnitentia, de oblatione, de vestibus sacerdotalibus. Cod. hebræus manuscriptus in-4°. « Absolvi hæc omnia, » inquit Amanuensis, cujus nomen de industria deletum est, mense Thebet anno 581 min. supp. a creatione.

42. Codex hebr. in quo continentur varii tractatus : *Porta Cœli*. — *Fundamentum Arithmeticæ*. — *Ænigmata et parabolæ*. — *Commentaria in Allegorias Abenesra*. — *Coment. in libr. Abenesræ* de arcano formæ litterarum, tractatus plane Kabalisticus.

43. *Expositio in parascias Legis*, seu Pentateuchi, sunt autem Parasciæ, seu sectiones Pentateuchi LIV.

44. Gemmæ electissimæ, lapis Lydius, obligatio cordium, omnia in unum compacta volumen : vide singula suis locis, ad hæc *Epistola probationis*, seu examinationis sæculi R. Ab Abonith. Agit de vanitate sæculi. Excusa Venet. an. 306. Ibidem. et eodem anno reliqua impressa sunt, sed Obligatio cordium anno 308.

45. Expositio in librum Job, cui nectitur fragmentum in primum caput Geneseos. — Sequitur Epistola didascalica ethica R. Judæ b. Sciaul Aben Tabbun ad filium suum Samuelem de Œconomia. Mss hebr. in-4°.

Hujus Samuelis libellum De unitate Dei, et alium de resurrectione mortuorum ex arabico Majemonidis in hebraicum conversum habes in pluteo primo.

46. *Carmina de regimine corporis et animæ*. R. Scem Thou bar Joseph b. Palkeiæ li-

bellus ethicus, et medicus, etc. — *Lauda anima mea*, R. Bechai b. R. Joseph. — *Scutella argentea* R. Joseph Hazovi poetæ insignis Hispani.
47. *Epistola viarum mundi*, seu sæculi, Liber geographiæ universalis ex nostris auctoribus collectus a R. Abraham b. Mordachai Avenionensi cognomento Perysul. Ab his tamen non semel deflectit, et in fabulas dilabitur quas ex itinerario R. Benjamin hausit.
48. Pars altera Libri Zoar cum adnotationibus latinis usque ad finem totius operis.
49. *Conciones, seu homiliæ in Pentateuchum* anonymi. Cod. hebr. manuscrip. in-4°.
50. *Visio dura* R. Isahac Arama. Cod. hebraicus impres. Sabionetæ an. 5312. (*Vide supra.*)
51. *Expositio litteralis in Ecclesiasten.* Commentarius prolixus anonymi. Huic nectuntur dissertationes duæ *de intellectu agente, et passibili*, cujus aliud exemplar exstat in Biblioth. Vaticana.
52 *Ordo precum*, seu, Εὐχολόγιον et ἀνθολόγιον Hispanum, in quo impia quædam contra christianam religionem in Officio diei Purim.

Sequuntur in eodem vol. capitula Patrum ; de his vide supra cod. hebr. manuscrip.

53. Altera pars Libri Zohar, cui nectitur liber candidus, de quibus supra.
54. Synopsis legum imperatorum Sinensium. Cod. impressus sinicus.

Troisième pupitre.

1. *Pentateuchus*, cum Commentario Rasci et cum Paraphrasi Chaldæa usque ad cap. XII. Numer. Item, *Liber quinque voluminum* cum commentariis : descriptus manu Salomonis, b. R. Chasdan. Cod. hebr. manuscrip. vetustissimus, et nitide scriptus, in-fol. magno.
2. *Pentateuchus* cum paraphrasi chaldæa, et comment. Rasci, et Moysis b. Nachman Gerundensis, et scholiis R. Isahak Abuhab. Adhæc : *Quinque parva volumina* cum Comm. Rasci apud Bombergum, et Haphtarot. ann. 5308; Venet., in-fol.
3. *Pentateuchus* scriptus charactere teutonico cum paraphrasi chaldæa, et comment. R. Salomonis Jarchhi, cum variis lectionibus utriusque scholæ ben Ascher, ac ben Nephtali et cum Haphtaroth, et Meghillot. In fine Amanuensis notat : « Scripta sunt hæc ab Isahak b. Menachem Hanikdam qui et puncta adjecit die 24 mensis Adar, hoc est Martii, anni a creatione 4051 in gratiam R. Matthiæ Garasi. » Cod. hebr. manuscript. in-fol. pap. majori.

Utinam ille tantam saperet antiquitatem quantam ostentat ista suscriptio, cujus sola auctoritas antiquam de vetustate punctorum hebraicorum litem magna ex parte componeret; quapropter in annorum nota suspicor mendum, et pro quinto quartum subrepsisse, aut de industria subtitutum ad augendum codici pretium, cujus doli non leve etiam indicium est in eadem subscriptione litura. Suspicor, inquam, loquendo de ipso textu scripturæ, nam quantum ad Commentarium Rasci repugnat evidentissime ætas ejusdem, qui sæculo duodecimo ab Incarnatione vivere cœpit natus anno 1105.

4. *Deuteronomium Haphtharot, et Meghillot.* Cod. hebr. pervetustus, cui recentiori manu adjecta videntur puncta; in membr. in-4°.
5. *Tractatus Medicus* R. Juda, qui et Dominus Leo apud suos audit. Cod. hebr. manuscrip. in-4° in pap.
6. *Expositio litteralis et moralis* in Pentateuchum, opus insigne R. Levi b. Ghersciom, sæpe editum Pisauri, deinde Venetiis.

Noster codex manuscrip. in membranis antiquissimus, et ipso Ghersciomide vivente exaratus ; ut patet ex nota Amanuensis : « Complevi, inquit, hunc codicem die 25. Sciabat » h. e Februarii anni 98 millesimi sexti. Absolvit autem hunc commentarium idem Ghersonides anno 5090, qui fuit Christi 1330, ut docet auctor Suchassin ; ex quo licet plurimam laudem consecutus sit, plerisque tamen suspicionem fecit de se proditæ religionis, quasi fidei doctrinam philosophorum auctoritati post habuisset. Ex hoc manuscripto et ex altero supra recensito multi errores corrigi possent, qui in editis irrepsere.

7. Codex latinus in quo continentur Epistola R. Samuelis Marochliani de adventu Messiæ contra Judæos ad R. Isahak Archisynagogum in eodem regno. Ex arabico in Latinum vertit Alphonsus Bonhomius Hispanius, ord. Prædic. et Hugoni magistro generali sui ordinis inscripsit. Incipit : « Conservet te Deus frater. » Olim edita etiam italice in eodem vol. Nicolai Lyrani adversus Judæos disputatio de Christi adventu. Incipit : « Quæritur utrum per scripturas a Judæis receptas, » etc. — Evangelii defensio adversus blasphemias cujusdam Judæi, ejusdem Lyrani. Incipit illis verbis Apostoli : « Potens sit exhortari. » Exarata Veronæ anno 1428, a quodam fratre Michaele de provincia Coloniæ. — De restitutione rerum ablatarum, Scoti. — De baptismo tractatus Francisci de Maytonis, et sic constanter scribit, non Maronis, ut alii, cujus sunt etiam sermones : 1° Super *Missus est* ; incipit : « Quia instante devotissimo tempore Adventus. » 2° De Articulis fidei... *Optandum est.* 3° De S. Agatha : « Verba ista ad litteram dixit Angelus Raphael Tobiæ. » 4° De Gratia. « Quia in divinis sermonibus. » 5° In festo corporis Christi : « Tria sunt præconia; » ad hæc Landulphi, et non Ludolphi, ut alii volunt, Saxonis Carthusiani sequentes sermones : 1° In cant. « Magnificat... hoc est Canticum ; » in idem alius Sermo anonymi. 2° De mortuis. 3° In festo Conceptionis, seu Sanctificationis V. M. 4° In secunda Dominica Adventus. 5° In tertia Dominica Adventus. 6° De tentatione Christi. 7° Omnia sunt manu exarata anno fortasse supra notato, partim in membranis, partim in papyro Cod. in-4°.
8. *Expositio totius Scripturæ.* Codex hebr., R. Salomoni Jarchi inscriptus; cod. in-fol optimæ notæ.
9. Responsa Nissim Gerundensis. Cod.

hebr. impressus Romæ anno 5305; in-4°.

10. Pentateuchus cum paraphrasi chaldæa, masora parva, Meghillot, et Haphtharot cum scholiis anonymi.

Codex elegantissime exaratus in membranis, et vetustissimus omnium quotquot huc usque recensui. Scriptus enim fuit ante annum 238 ex quarto millesimo qui fuit Christi 498 in civitate Alexandria ut colligitur ex nota temporis cujusdam contractus appositi in ultima pagina. Textus scripturæ notatur punctis, et accentibus, qui vetustatem codicis æquare videntur.

11. *Commentarius Rasci* in lib. Josue, Judicum, Samuelis, et Regum, et in Prophetas omnes posteriores, excidit ultimum caput Malachiæ.

Cætera nitide scripta in membranis, in-folio parvo; sed aliqui versus ex nimia vetustate deleti omnino legi non possunt. Omnia in lucem prodiere hebraice, et aliqua etiam in latinum conversa sunt.

12. *Doctor Perplexorum* Rambam, inextricabili charactere exaratus in membranis, hebraïcus ex versione R. Samuelis B. Thabbun cum ejusd. Commentario in voces exoticas ab eod. Rambam in hoc opere adhibitas. Codex antiquus in pergameno, et bonæ notæ, qui ut ipse deprehendi in multis, ab exemplaribus jam editis dissentit.

13. Pentateuchus, Meghillot, et Haphtharot cum notis, et scholiis collectis ad verbum ex Radack Rabah Razi, Rambam et aliis. Venetiis ann. 1307.

14. *Pentateuchus* cum paraphrasi chaldæa. Codex hebr. pereleganter exaratus in membr., in-8°.

15. *Doctor Perplexorum* Rambam, cum Commentario Ephodæi, et R. Scem Tov., excusus Sabionetæ ann. 5313.

16. Glossa R. Jacob Bahal Haturim in Scripturam, impres. Venetiis, 5304, in eodem volumine. *Incessus sæculi* R. Josua Levi. Ad hæc : *Aditus doctrinæ* R. Samuelis Hanaghid, impres. Venetiis ann. 303 minoris supputationis.

Quatrième pupitre.

Manuscrits grecs.

1. Ms. membr. antiq. Actus Apostolorum cum scholiis antiquis. — Epistolæ catholicæ apostolorum cum argumentis, et scholiis antiquis.— Epistolæ B. Pauli cum scholiis antiquis, desunt nonnulla in fine. Codex x sæculo scriptus est.

2. Membr. antiq. D. Basilii Expositio in Isaïam prophetam in medio, et in fine nova manu suppleta.

3. Membr. Athenagoræ Atheniensis philosophi christiani Liber de resurrectione. — Stephani Byzantini De urbibus, et populis per ordinem alphabeti digestis. Codex hic scriptus est Venetiis sumptibus Magnanimi Laurentii de Medicis anno a Nativitate Domini 1492, Martii 31, manu Joannis Rhosi, presbyteri Cretensis.

4. Membr. antiq. Sermones, sive Homiliæ variorum SS. PP. in aliquot festa sanctorum mensis Septembris, Novembris, Decembris, Januarii, Februarii, et Martii.

5. In pap. antiq. Enarratio brevis, paraphrasis specie, in Epistolas Pauli composita a Theophylacto archiep. Bulgariæ.

6. Membr. antiq. Anastasii Responsiones e sacra Scriptura et SS. Patribus excerptæ ad interrogationem quorumdam orthodoxorum. Prima quod est signum perfecti Christiani, ultima cujus figuram et imaginem repræsentet Ecclesia catholica. Duæ priores paginæ nova manu suppletæ sunt. —Dialogus SS. Basilii et Gregorii theologi. —Theodorii quædam ex libro de S. Trinitate. — De apparitione Domini ex apostolicis constitutionibus, Eusebii ex Chronicis. — Jo. Damasceni De Macedonibus ex ecclesiastica traditione. — Epiphanii De LXXII prophetis et X prophetissis. — Ejusdem De XVI quomodo et ubi mortui sunt. Post Hieremiam succedunt, quæ dicuntur Paralipomena Hieremiæ prophetæ, et in fine de Elia propheta Thesbite. — De christianis imperatoribus XLVII indiculus a Constantino Magno ad Alexandrum.

7. In membr. Anastasii Responsiones pleniori Patrum auctoritate demonstratæ ad interrogationes orthodoxorum quorumdam de diversis capitibus. In hoc codice ultima est, quid significent illa quatuor animalia, quæ dicit Daniel de mari ascendentia, videtur deesse finis.

8. Ant. et optim. membr. S. P. N. Basilii archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ moralia, seu Homil. XLIII, quibus adjicitur Epistola ad Gregorium theologum ; post Homiliam ad juvenes, quomodo ex græcis libris utilitatem capere possint, leguntur hæc alia manu exarata, Josephi Hieronomachi Supersanctæ Deiparæ cognomento Evergetidis, seu benefactricis, peccatoris, et coprocanthari.— Martyrium SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Bustæ et Mardarii, quod festum celebratur die 13 Decembris juxta Genebrardum in Calendario Græcorum, deest finis.

9. Membr. ant. et opt S. Basilii Homiliæ, et Epistolæ quædam cum prævio indice.

10. Membr. antiq. Ecloga et Synopsis Basilicorum LX librorum cum allegationibus secundum litterarum elementa, cum scholiis quibusdam ; præmissus est index totius operis.

11. Pap. Andocidis Oratio de mysteriis, ejusdem de suo ipsius reditu, De pace cum Lacedæmoniis adversus Alcibiadem. — Isaci Vita et Orationes XI quarum prima de Cleonymi hereditate.— Dinarchi contra Demosthenem. — Ejusdem contra Philoclem. — Antiphontis Vita et Orationes, quarum prima de veneficio contra novercam. — Lycurgi adversus Leocratem. — Gorgiæ Encomium Helenæ, et Apologia pro Palamede. — Alcidamentis Ulysses contra Palamedem.— Lesbonactis De bello Corinthiaco. — Ejusdem Oratio exhortatoria.

12. Ms. pap. S. Athanasii Confessio catholicæ

fidei quam dedit ad Julium Papam Romæ, et alia. — Hymnus te Deum laudamus, græce. — Expositio trecentorum decem et octo sanctorum PP. divino spiritu congregatorum contra Paulum Samosatenum. S. Athanasii episcopi Alexandrini Interpretatio in symbolum, ejusdem Expositio fidei cum fragmento quodam anonymi. — Definitio sanctæ et œcumenicæ Constantinopolitanæ sextæ synodi. — Aliæ quædam Expositiones fidei ex primis Græcis synodis. — Juliani cardinalis Angeli super quæstione utrum licuerit aut liceat addere in symbolo vera, nec ne, ex interpretatione Nicolai Græcorum interpretis. — Sequuntur alia ex actis Concilii Florentini. — S. Thomæ Aquinatis Solutio sermonum fidei adversus cantorem Antiochenum. — Leontii scholastici Byzantini Scholia ab ore Theodori amicissimi abbatis, et sapientissimi philosophi, tum in divina, tum in sæculari philosophia. — De sectis hæreticorum ac synodo Chalced. in x actiones distincta. — Excerpta ab Epistolis sancti Basilii cap. xxii. — Sanctissimi patriarchæ Constantinopolitani Joannis Becci Inscriptiones ab ipso collectæ de processu Spiritu sancti, et Gregorii Thessalonicensis Palamæ contrariæ scriptiones, et contradictiones, Bessarionisque Nicæni adversus Palamæ contradictiones. — Collectio mirabilis variarum sententiarum SS. PP. ad probandum Spiritum ex Filio esse, cap. xv. — Epistola Joan. humilis ad a Deo honoratum, et divino ornatum zelo Jordanem archimandritam de hymno trisagio, ad margine manu Ludovici Beccatelli adnotatum eam esse Damasceni. — S. P. N. Joannis Damasceni Dialogus inter manichæum et orthodoxum de duobus rerum principiis. — S. P. N. Basilii archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ Sermo de fide, cui subjiciuntur quædam alia de baptismo. — S. P. N. Athanasii episcopi Alexandrini Epistolæ tres de Spiritu sancto ad Serapionem episcopum. — S. Cyrilli Alexandrini ad Hieremiam, De consubstantialitate Trinitatis. In fronte hujus codicis legitur : « Ludovicus Beccatellus Bononiensis, archiepiscopus Ragusinus, et præpositus Pratensis, Medic. Bibliothecæ dicavit. M. D. LXIX. »

13. Membr. Basilii minimi Cæsareæ Cappadociæ ad Christi amicum D. Constantinum cum Georgii Marcesii et aliorum Expositione in S. Gregorii Nazianzeni orationes in Natalem Domini, in funere S. Basilii Magni, in sancta lumina, finis deest.

Historiæ fabulares, primæ initium desideratur, liber desinit in titulo vigesimæ tertiæ.

14. Memb. D. Basilii Epistolæ quarum priores sex, et initium septimæ desiderantur. — D. Gregorii Nazianzeni Epistolæ CCLXXVII.

Initium deest, et finis.

15. Memb. Basilii et Gregorii Theologi Selectio scripturalium quæstionum, et solutionum e diversis voluminibus ab Origene elaboratis in pugillaribus : ab horum altero Gregorio Theologo ad Theodorum episcopum Tyanæum missa cum Epistola ad eumdem cujus initium : Ἑορτὰ καὶ τάγρόμματα; hæc selectio in fine vocatur Philocalia contra Celsum.

16. Memb. Clementis De peregrinationibus, et prædicationibus Petri, ad Jacobum episcopum Hiesolymitanum Epitome. — S. Anastasii Responsiones ad quæstiones sibi propositas a quibusdam orthodoxis de diversis capitibus : a Nicephoro perscriptus est mense octobri indictione prima anno 6581, et ex adverso paginæ legitur, obdormivit in domino sanctissimus Pater noster D. Antonius qui in hac sublimi, et Deo amabili insula Panormo asceticam vitam exercuit, quæ et Antigoni dicitur : qui et cellulam in vertice hujus ædificaverat mense Novembri die quinta hora noctis septima anno 6570, Christi 1062, indictione prima.

17. Membr. S. Basilii archiepiscopi Cæsare Cappadociæ Oratio de jejunio. — S. Joannis Chrysostomi De adventu Domini N. J. C. et de communi resurrectione. — Ejusdem in vanam vitam, et De compunctione animæ. — Ejusdem in reliqua psalmi L complementum de pœnitentia. — Ejusdem in eum qui incidit in latrones. — Ejusdem in filium prodigum.

18. Membr. S. Basilii Hexameron initium deest. — S. Gregorii Nysseni ad fratrem servum Dei Petrum Epistola. — Ejusdem De philologia, De hominis generatione. — Ejusdem ad ea, quæ dubitantur in Hexamero, et Apologia pro divinæ memoriæ Basilio fratre suo.

Initium hujus tractatus desideratur.

19. Membr. antiquissimus S. Basilii archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ moralia sive homeliæ XXXVII.

20. Membr. S. Athanasii archiepiscopi Alexandrini adversus idola. — De Incarnatione Verbi, et corporali ad nos ipsius adventu. — De corporatione Dei Verbi. — De unigeniti Verbi Incarnatione contra Arium et Apollinarium. — De Incarnatione Christi, et adversus Apollinarium. De salutari manifestatione Christi, et adversus eumdem. — Adversus omnes hæreses. — Epistola ad Epictetum episcopum Corinthi adversus hæreticos. — Expositio fidei. — Liberii archiepiscopi Romæ ad Athanasium Epistola et hujus ad eum responsio. — Tomus, seu Epistola ad Antiochenos episcopos. — De æterna existentia Filii, et Spiritus cum Deo, et adversus sabellianos. — Quod unus sit Christus. — Epistola ad Adelphium episcopum, et confessorem contra arianos. — Epistola ad Maximum philosophum. — In ea Evangelii verba *Abite in castellum quod contra vos est.* — Confutatio simulationis Meletii, et Eusebii Samosateni circa consubstantiale. — Ad Epictetum Epistola, quæ su-

perius adnotata est, sed ea titulo, et tribus ad finem versibus mutila est. — In ea Evangelii verba : *Qui dixerit verbum contra Filium hominis dimittetur ei, qui vero dixerit contra Spiritum sanctum non dimittetur.* — In passionem Servatoris. — De interpretatione psalmorum ad Marcellinum.

21. Pap. Marci Eugenici Imago dormitionis S. Ephrem Syri, et alia De martyribus coronatis.— Anastasii archiepiscopi Antiocheni De rectis secundum nos veritatis definitionibus sermones. — S. Basilii archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ contra Sabellium, Arium, et anomœos. — Ejusdem adversus eos qui calumniantur, nostres deos dicere. — Cyrilli Alexandrini ad Anastasium, Alexandrum, Martinianum, et reliquos orthodoxos Patres monachos. — Ejusdem Anathematismi XII cum oppositionibus Theodoriti, et Responsionibus Cyrilli una cum explicatione.
22. Pap. Sententiarum diversarum SS. PP. liber divisus titulis X.
23. Membr. Athanasii Alexandrini Homiliæ sive tractatus varii, iidem fere qui continentur in codice 20 hujus plutei, quamvis præpostere positi, postremi quinque desiderantur.
24. Pap. S. Basilii Magni De utilitate ex libris Græcorum capienda. — Isocratis Orationes, scilicet : ad Demonicum exhortatoria; ad Nicoclem de regno. — Nicocles vel socialis. — Helenæ Encomium. — Evagoras Encomium Busiridos adversus sophistas. — Plataica Æginetica adversus Lochiten, adversus Euthymium. — Oratio funebris in eos qui bello occubuerunt a nonnullis attributa Demostheni.
25. Membr. S. Basilii Magni Oratio ad juvenes de utilitate ex libris gentilium capienda.
26. Pap. Arsenii archiepiscopi Monembasiæ Apostolicæ violaria compositio ad Leonem X P. M. continens adagia Græcorum cum variis sententiis, et expositionibus poetarum, et philosophorum Græcorum, juxta rationem alphabeti.
27. Membr. S. Basilii Magni De Spiritu sancto, cap. XX.— Adversus impium Eunomium. — Oppositiones contra defensiones Eunomii. — In Hexameron Homiliæ.— Gregorii Nysseni Physiologia mundi, et de iis, quæ hominis creationem præcesserunt, prævia ejusdem Epistola ad Petrum fratrem suum. — Basilii M. in illud : *In principio erat Verbum.* — Adversus sabellianos, Arium et anomœos.

Finis deest.

28. Membr. Antiochi monachi Monasterii abbatis Sabbæ ad Eustathium præsulem Monasterii *Attalines* civitatis Ancyræ in Galatia. De vitiis, et virtutibus capita CXXX.

Postremi capitis finis desideratur, et alterum quod in indice inscribitur, De oratione, seu confessione, quod deberet esse in ordine centesimum trigesimum primum.

29. Membr. Acta apostolorum cum Epistolis catholicis, et D. Pauli cum argumentis et scholiis antiquis, et interlineari latina versione in Epistolis.
30. Membr. insignis. Acta apostolorum, Epistolæ canonicæ, Epistolæ S. Pauli et Apocalypsis Joannis evangelistæ.

Finis nova manu suppletus est.

31. Memb. Acta apostolorum, Epistolæ canonicæ et S. Pauli.
32. Membr. Acta apostolorum, quibus præmittuntur Iambici morales per ordinem alphabeti. Ad finem leguntur Archoteliæ Apostoli, id est, principia, et fines lectionum B. Pauli secundum Sabbata et Dominicas. — Dorothei Tyri episcopi Hieromartyris, (qui sub Licinio martyrio affectus est,) brevis vita, et ejusdem tractatus de 72 discipulis, et 12 apostolis ubi unusquisque eorum prædicavit. — Subjicitur Expositio de octo rationibus vitiositatis, hoc est, de octo vitiis capitalibus. Sequuntur Acta apostolorum cum argumentis Epistolæ canonicæ, et D. Pauli, et Apocalypsis S. Joannis. — Lexicon apostoli, id est, Libri qui continent Epistolas apostolorum per ordinem Alphabeti, cui subnectitur Lexicon evangelicum S. Cyrilli.
33. Membr. S. Basilii Magni De utilitate ex libris græcis capienda. — Lysiæ Oratio funebris in eos qui bello ceciderant. Demosthenis, Dionis Chrysostomi, Platonis et Timæi, Opera varia.

Cinquième pupitre.

Manuscrits grecs.

1. In membr. antiq. Octateuchus, seu liber continens Pentateuchum Moysis, Josuam, Judices, Ruth. Quatuor Libri Regnorum, Paralipomena, Esdræ primus (qui nobis est tertius inter apocryphos) Esdræ secundus (qui nobis est Esdræ primus, et secundus, et incipit *In anno ;* desinit : *Deus meus in bonum*) Machabæorum primus, in quo prima decem capita, (prout in nostris libris enumerantur) desunt una cum initio cap. XI. Principium sumit ab iis verbis, quæ nobis sunt in cap. XI, n. 34. *Statuimus.*
2. In membrana. Canones varii cum expositione Balsamonis, Zonaræ, et aliorum, scilicet : Expositio sacrorum et divinorum canonum sanctorum apostolorum, et sacrorum universalium conciliorum; quin etiam localium, et particularium, et reliquorum SS. PP. Item declaratio obtinentium, et non obtinentium legum quæ continentur XIV titulis, qui canonibus premittunturjussu imperatorio, et patriarchico elaborata a Theodoro diacono sanctissimæ Dei Majoris ecclesiæ, nomophylace, chartophylace, et primo Blachernarum, Balsamone post aliquot temporis nato, et patriarcha Theopholeo Magnæ Antiochiæ, et Orientis universi.

Codici huic præmittuntur index accuratus articulorum a patriarcha Photio compositus, et heroici

versus sanctissimi patriarchæ Theodori Balsamonis in Nomocanonis expositionem ab ipso factam, quæ hoc libro continetur, in calce ejusdem codicis habetur epilogus supradicti Balsamonis in Nomocanona jambicis versibus, et de ordine secundum sedem metropolitanam, et archiepiscoporum prout in chartophylacio descripti erant.

3. In membr. antiq. decimi sæculi. Clementis Alexandrini Stromaton libri VIII, quorum initium primi, et ultimi finis desideratur.
4. Impr. in pap. Biblia sacra vulgatæ editionis edita Romæ anno ab Inc. 1594, jussu Clementis VIII, latine.
5. In membr. Psalterium Davidis cum Canticis aliorum prophetarum. Libellus supplicationum, et precum.
6. In membr. Horologium, sive Ordo officii recitandi.
6. In membran. Cyrilli Alexandrini in Isaiam prophetam, incipit a cap. XVII ejusdem prophetæ, *Onus Damasci*, et progreditur usque ad ultimum.
7. In pap. Lexicon græcum dictionum collectarum ex variis utriusque divinæ vocis libris, et aliorum quoque scriptorum.
8. In membrana. Collectio expositionum in Isaiam prophetam e diversis S. Patribus et doctoribus composita ab archiepiscopo Cypri Domino Nicolao.

Codex hic incipit ab Isaiæ cap. decimo septimo in quod desinit tomus alter ejusdem formæ numero 6 hujusce plutei. Spectabilis est quoque, ubi multa sanctorum Patrum loca sunt, quæ alibi non exstant.

9. Catena sanctorum Patrum in IV majores prophetas, cui singulis libris præmittuntur senarii græci in laudem prophetarum, aureis quadris characteribus exarati.

Erant et icones prophetarum, sed omnes præter unam Hieremiæ mala manu sunt ablatæ. Scriptus videtur a *Niceta* quodam, ut ex iis versibus qui Isaiæ, prophetiæ præmittuntur satis apparet. Hi latine redditi sic sonant :

Hæc quæ coronam pacis, et sedes habet
Forma Nicetas edidit pulcherrima
Fideique tessera, lytrum et animæ ut esset suæ.

10. In pap. Fragmentum Homerici Centonis sine principio. — Martyrium S. Agathæ virginis et martyris, sine principio. — Martyrium S. Luciæ virginis et martyris. — Jo. Geometræ Carmen iambicum in sanctum Christi martyrem Panteleemonem. — Georgii Pisidii diaconi Constantinopolitani Carmen iambicum. — Notitia de Samaria incerti auctoris. — In orationem Dominicam incerti auctoris. — In dormitionem Meletii episcopi. — Domni Eugenii monachi Nicolai Hydruntini. — Jo. Crassi, et aliorum Carmina; videntur scripta tempore Friderici Imperatoris, ut ex Joannis Hydruntini carminibus contra Palamam probari videtur. — Excerpta quædam ex Chrysost. Basilio, et aliis in sanctorum Patrum statura.
11. In pap. Dionysii Areopag. De cœlesti hierarchia. — Ejusdem De ecclesiastica hierarchia. — Ejusdem, De divinis nominibus. — Interjecta sunt Scholia quædam libri de symbolica theologia.
12. In pap. Dialogus evertens orationem, quam scripsit domnus Demetrius Cydonensis contra domnum Nilum Cabasilam Thessalonicensem.
13. In mem. antiq. Dionysius, De cœlesti et ecclesiastica hierarchia, et De divinis nominibus; omnia cum interpretatione et expositione S. Maximi, et scholiis quibusdam Joannis Philippi Itali.
14. In membr. Comment. in psalmos anonymi, incipit a psalmo LXXII. qui Hebræis est LXXIII, et desinit in CXII, qui Hebr. est CXIII.
15. In membr. S. Cyrilli archiep. Alexandrini Glaphyra sive in Pentateuchum.
16. In pap. Christodulus monachus, sive Joannes Cantacuzenus contra Palamam hæreticum. — Ejusdem Tractatus alius sine titulo. — Ejusdem Hymni in Verbum Dei.
17. In pap. Psalterium Davidis, et Cantica prophetarum; absolutus est anno mundi 6911, Christi 1403. — Hymni sacri, et preces rituales Græcorum; præmissæ sunt in membrana orationes aliquæ.
18. In membr. antiq. Psalterium Davidis cum canticis prophetarum.

Principium cum fine deerant, sed recentiori manu suppleta sunt.

19. In pap. Opera S. Dionysii Areopagitæ, S. Gregorii Nazianz.
20. In membrana. Lexicon græcum vetus.
21. In membrana. Psalterium græcum manu Fr. Bernardi monachi Dominicani, filii Bartholom. Bartolisci de Florentia. (Codicis hujus characteres notandi sunt, imitantur enim quodammodo Hebraicos.) — Psalterium Davidis hebraico charactere exaratum.
22. In membrana. Collectio canonum ecclesiasticorum, qui dividuntur in 50 titulos, vulgo Nomocanon, id est, brevia summaria in canones conciliorum.

Index eorum, quæ continentur in hoc volumine, habetur in prima pagina manu Ant. Augustini Episcopi. Nonnulla alia ad Nomocanonem pertinentia, quorum finis deest.

23. Psalterium Davidis cum precibus et hymnis græcis. Incipit a tertio Psalmo.

Videntur deesse non pauca in fine, et initium nova manu suppletum est.

24. In membrana. Clementis Alexandrini Pædagogus.
25. In membrana. Psalterium Davidis cum canticis prophetarum manu Georgii cujusdam cognomento Flammengi.
26. In pap. S. Dionysii Areopagitæ De divinis nominibus cum scholiis Andreæ cujusdam, scriptum videtur anno 1410 et in fine libri hujus, nomen apparet Georgii cujusdam, Pappadopuli. — Ejusdem De cœlesti et ecclesiastica hierarchia. — Ejusdem De mystica theologia, et Epistolæ X

manu Nicolai Meletii, anno 6856, Christi 1348.

27. In pap. Cod. optimus. Catena in Job variorum SS. PP. cum commentariis Olympiodori, Polychronii, Methodii, Origenis, Chrysostomi, Severi, Juliani, Didymi episc.

Desunt aliqua in principio.

28. In papyro. Psalterium Davidis impressum Venetiis in domo A. Manutii.

29. In pap. Theodoreti Quæstiones in Vetus Testamentum ad Hypatium ; deest finis. — Ejusdem historia De vitis SS. PP.

30. In membr. Psalterium David cum expositione S. Athanasii, aliorum prophetarum cantica, et orationis Dominicæ Expositio. — Tabula Paschalis ab anno 6510 usque ad 6521 præmissus est Psalterio tractatulus quidam summarius omnium Psalmorum sine principio et fine, in fine quoque adjecta sunt scholia nonnulla in Psalmos eodem charactere, atque initio.

31. In membr. Eudoxiæ Augustæ Centones Homerici de miraculis Christi Servatoris, deest principium et finis.

15. Manuscrip. in pap. Vitæ sanctorum et laudationes panegyricæ quæ leguntur mense Septembri. — Andreæ Cretensis Hierosolymitani archiep. in ortum sanctissimæ dominæ nostræ Deiparæ, et semper Virginis Mariæ. — *Mensis Novembris.* 21. S. P. N. Germani archiep. Constantinopolitani Sermo in sanctissimam Deiparam cum oblata est in templo tertium annum agens, a parentibus suis. — *Mensis Septembris.* 14. Andreæ Cretensis archiep. Jerosol. Sermo extemporaneus in ornamentum exaltat. honorabilis, et vivificæ crucis. — B. Epiphanii episcopi Cypri Sermo in Baia, sive festum Palmarum. — Fragmentum sermonis in sanctum Nicolaum episcopum. — Joan. Chrysostomi archiep. Constantinop. Sermo in synaxin archangelorum. — *Mensis Decembris.* 6. Vita et acta et miracula sancti Nicolai archiep. Myrensis provinciæ Lyciæ. — 8. Vita S. P. N. Patapii. — 10. Passio sanctorum martyrum Menæ, Hermogenis, et Eugraphi. — 11. Vita, et acta S. P. N. Danielis Stylitæ. — 17. Commentarius, sive Hypomnema in magnum prophetam Danielem, et sanctos tres pueros Ananiam, Azariam, et Misael. — 20. Martyrium S. hieromartyris Ignatii Theophori. — 21. Martyrium sanctæ Julianæ, quæ Nicomediæ passa est. — *Dominica ante Christi Natale.* — 23. Martyrium sanctorum decem martyrum. S. P. N. Ephraim Syri Sermo in Joseph. — 25. S. P. N. Gregorii Theologi in sanctum Christi ortum. — *Januarii.* 6. Januarii ejusdem in S. Lumina. — Ejusdem in Pascha, et in tarditatem. — *Januarii.* 1. S. P. N. Amphilochii episcopi Iconii in vitam et miracula S. P. N. Basilii archiep. Cæsareæ Cappadociæ. — *Februarii* 7. Martyrium S. et gloriosissimi martyris Theodori; finis deest. — *Junii.* 29. Commentarius comprehendens certamina, peregrinationes, et consummationem sanctorum et coryphæorum Petri et Pauli. — Joan. archiep. Constantinopolitani Chrysostomi Encomium in sanctos apostolos Petrum et Paulum. — *Augusti.* 6. Ejusdem Sermo in Transfigurationem D. N. Jesu Christi. — *Julii.* 31. Vita et acta S. Eudocimi. — S. P. N. Germani archiep. Constantinopolitani Sermo historicus in dormitionem sanctæ Deiparæ. — *Augusti.* 29. Joan. archiep. Constantinopolitani Chrysostomi Sermo in decollatione Præcursoris, et de improba muliere.

16. In membr. Vitæ Sanctorum, scilicet: *Mensis Novembris.* — 25. Vita S. hieromartyris Clementis episcopi Romæ discipuli S. apostoli Petri. — *Mensis Januarii.* 23. S. Passio hieromartyris Clementis Ancyrani.

17. In pap. Carmina sibyllina selecta in lib. VII digesta.

18. In pap. Theophylacti archiep. Bulgariæ Interpretatio in Evangelium Matthæi et Joannis.

19. In pap. 6. *Mensis Decembris.* Vita et acta S. P. N. Nicolai archiep. Myræ Lyciæ thaumaturgi. — *Mensis Septembris.* 20. Vita et martyrium S. Eustathii, et uxoris Theopistes, et filiorum eorum Agapiti et Theopisti; finis deest. — Dialectica quædam de genere, et substantia, deest principium. — Procemium in versionem cujusdam S. Thomæ Aquinatis e latino in græcum.

20. In membr. Vitæ Sanctorum. — *Mensis Septembris.* 1. Vita et acta S. P. N. Simeonis Mandritæ. — 2. Passio S. martyris Christi Mamantis. — 3. Passio S. P. N. Anthimi episcopi Nicomediensis, qui passus est sub Maximiano. — 4. Passio S. P. N. Babylæ archiepiscopi Antiocheni, qui passus est sub Numeriano impio. — 5. Narratio peculiaris de prodigio quod factum est a Michaele archangelo in Chonis. — 6. Martyrium sanctorum martyrum Eudoxii, Nomyli, Zenonis et Macarii. — 7. Passio S. et gloriosi martyris Sozontis. — 9. Martyrium S. Severiani. — 10. Martyrium sanctarum mulierum Menodoræ, Metrodoræ et Nymphodoræ. — 11. Vita et acta et agones S. Matris nostræ Theodoræ Alexandrinæ. — 12. Passio S. martyris Autonomi. — 13. Acta et consummatio S. Cornelii Centurionis. — 15. Martyrium S. megalomartyris Nicetæ. — 16. Martyrium S. martyris Euphemiæ. — 17. Martyrium beatarum mulierum Sophiæ et trium filiarum ejusdem, Fidei, Spei et Charitatis. — 19. Passio sanctorum martyrum Trophimi, Sabbatii et Drymedontis.

Douzième pupitre.

1. Mss. membr. Aurelii Augustini Hipponensis episcopi Epistolæ, num. 183, quarum prima ad Volusianum; ultima inscribitur Gesta Augustini, quando successorem sibi elegit, cum tabula Epistolarum in principio.

Codex scriptus manu Joan. Francisci Martii Geminianensis.

2. In memb. Ejusdem opera varia, quorum primum de fide, et operibus, ultimum libri IV contra Cresconium grammaticum, et donatistam.

Codex scriptus manu Alexandri Verrakani anno 1491.

3. In membr. Ejusdem opera varia quorum primum, libri tredecim Confessionum, ultimum exhortatio ad quemdam comitem charissimum sibi.
In membr. Ejusdem Opera varia, primum in septem libros divinarum Scripturarum; ultimum contra Epistolam Parmeniani, libri quatuor.

Scriptus est hic codex anno 1490, manu Alexandri Verrakani anno 1491

5. In membr. Ejusdem Opera varia, primum libri duo de Academicis, ultimum de origine hæresum.

6. In membr. Ejusdem varia, primum contra

perfidiam arianorum, ultimum De diversis quæstionibus; prævia tabula.

In membr. Ejusdem Opera varia primum retractationum libri duo, ultimum contra Epistolam Parmeniani.

In membr. Ejusdem contra Julianum hæreticum Pelagianistam libri VI, et Epistola ad Valentinum.

Hunc codicem scripsit Ant. Sinibaldus anno 1491.

In membr. Ejusdem de Sancta Trinitate libri quindecim, et super Genesim ad litteram libri duodecim.

Codex scriptus Florentiæ anno 1438, pro Serenissimo Matthia rege Hungariæ.

0. In membr. Ejusdem varia. Quæstiones super Genesim, et de Assumptione B. M. V. quibus ingeruntur : Philonis Judæi Quæstionum, et solutionum in Genesim libri. — Eusebii Conradi Mediolanensis canonici regularis congregationis Lateranensis ad Sixtum IV pontif. pro auferendo de Ecclesia errore scribentium S. Augustinum fuisse eremitam. Possidii Calamensis episcopi De vita et moribus S. Augustini Hipponensis episcopi, quocum annis fere quadraginta vixit.

Hunc codicem scripsit Florentiæ Anton. Sinibaldus anno 1489, pro Serenissimo Matthia rege Hungariæ.

11. In membr. Ejusdem Commentarius in Evangelium sancti Joannis.

Scriptus manu Joan. Francisci Martii Geminianensis sumptibus magnifici Laurentii de Medicis.

12. In membr. Ejusdem De civitate Dei, lib. viginti duo cum præfatione, et tabula in principio. — Incerti auctoris Historia de operibus et virtutibus sancti Augustini.

Codex scriptus anno 1165, manu Gandulphi de abbatibus, civis, et Not. Mutinensis.

13. In membr. Ejusdem Opera varia, primum Homiliæ L ultimum contra Epistolam Manichæi, quam vocant fundamentum. — Quæstiones, et sancti Augustini solutiones præeunt Epistolam Manichæi.

14. In membr. Ejusdem Sermones LXXXIV, primus de Cantico novo, ultimus de sancto Vincentio.

Scripti Florentiæ anno 1491.

15. In membr. Ejusdem Opera varia, quorum primum De verbis Domini, ultimum De confessione.

16. Membr. Ejusdem De civitate Dei libri XV, cum tabula in principio, et Retractatione in fine.

17. Membr. antiq. Ejusdem liber qui inscribitur Liber de civitate Dei sancti Augustini episcopi.

Hic codex olim fuit ad usum Petri de Medicis Cosmi filii.

18. Membr. Ejusdem libri De civitate Dei recogniti anno 1558, per fratrem Carolum Sparancolum coadjutorem reverendissimi domini inquisitoris, domini Alexandri de Macchiavellis.

19. In membr. Ejusdem libri De civitate Dei ad Marcellinum episcopum contra paganos.

Olim ad usum Petri de Medicis Cosmi filii.

20. In membr. Ejusdem libri De civitate Dei prævia rectractatione, et cum tabula ad finem.

21. In membr. Sancti Augustini episcopi De civitate Dei libri viginti duo prævia retractatione, et antiqua pictura ejusdem S. episcopi.

Codex venerandæ majestatis, et characteribus longobardicis scriptus, in fronte cujus legitur : « Hunc vetustum, emendatumque librum Augustini *De civitate Dei ;* » cætera desiderantur.

22. In membr. Ejusdem Opera varia, primum de Trinitate libri quindecim, ultimum ad juvenes super illa verba : *Mulierem fortem.* — Alcuini levitæ ad Carolum imperatorem Augustum De Trinitate libri tres. — Inseruntur post libros Augustini de Trinitate. — Invocatio, et confessio ineffabilis Trinitatis, misericordiæ imploratio, et gratiarum actio. — Fidei catholicæ Recapitulatio per interrogationes et responsa.

23. In membr. Ejusdem S. Augustini Confessionum libri tredecim. — Joannis Chrysostomi De pœnitentia et reparatione lapsi. — Ex Origene presbytero Excerpta varia. — S. Hieronymi De virginitate ad Eustochium. — Miracula de B. V. Matre D. N. et imaginibus aliorum sanctorum. — S. Augustini Liber soliloquiorum. — Fratris Ægidii Collationes. — S. Bernardi Liber de interiori homine. — Ejusdem Sermo in Nativit. B. M. V. — S. Augustini Manuale, sive Speculum. — Sibyllæ Erytreæ Prophetia cum notis. — Ex S. Hieronymi Commentario in Danielem.

Liber olim ad usum. Colluccii Pierii de Stignano.

24. In pap. Ejusdem S. Augustini Confessiones. — Contra quinque hæreses, incerti auctoris. — De definitionibus rectæ fidei. — Speculum Ecclesiæ, seu de mysteriis sacrosancti sacrificii, et vestium sacerdotalium.

25. In membr. S. Augustini Opera varia, primum De quantitate animæ, ultimum De bono conjugali.

26. In membr. Ejusdem Opera varia, primum contra manichæos, ultimum Epistola ad Macedonium.

27. In membr. antiq. Ejusdem Opera varia, primum De recta fide ad Julianum Comitem, ultimum De mendacio. — Innocentii papæ III Libellus de contemptu mundi. — S. Bernardi abbatis Rhythmus de contemptu mundi. — Ejusdem Innocentii papæ Decretalis de summa Trinitate et fide catholica. — Opusculum incerti auctoris, cur Psalmista inscripserit nullum diei tertiæ Psalmum ; ad calcem

cujus sequitur Tract. de irregularitate sine nomine auctoris.

Finis desideratur.

28. Membr. Ejusdem S. Augustini Opera varia, primum De doctrina christiana, ultimum De Incarnato Verbo ad Januarium.
29. In pap. Ejusdem libri quindecim De Trinitate cum Retractatione.
30. In pap. Anonymi Flores excerpti ex libris S. Augustini De civit. Dei, et manu Willhelmi Eboracensis de Anglia exarati.
31. In memb. Anselmi Cantuariensis archiep. De concordia præscientiæ et prædestinationis, et gratiæ Dei cum libero arbitrio. — Monologion, Proslogion, Responsa pro insipiente; De veritate; De libertate arbitrii; De casu diaboli; De conceptu virginali et originali peccato; De processu Spiritus sancti; De sacrificio; De Incarnatione Verbi, et De similitudinibus. — Joann. Presb. Damasceni Traditio certa orthodoxæ fidei, capita 100 a Burgundione Judice cive Pisano domino Eugenio papæ de græco in lat. translata.

Treizième pupitre

1, 2, 3. Mss. in membr. D. Aurelii Augustini episcopi Hipponensis Explanatio super Psalmos Davidicos tomis III.
4. Membr. antiq. Aurelii Augustini episcopi, pars prima in Psalmos sine præfatione.

In fine, scriptum alia manu, legitur : « Augustinus super tertia parte psalterii librariæ S. Laurentii de Florentia de hæreditate presbyteri Laurentii de Castello. »

5. Membr. Aurelii Augustini episcopi Opera quæ sequuntur, nempe : De musica libri VII. — De baptismo libri VII. — De baptismo parvulorum libri III. — De unico baptismo. — Super Genesim ad litteram imperfectus. — Gesta habita cum Fortunato manichæorum presbytero. — Epistola ad Sistum presbyterum contra pelagianos; in fine hujus Epistolæ legitur anno Sal. MCCCCLXXXXI, mensis Maii opus hoc celeberrimum Florentiæ absolutum est, die autem Lunæ, hora vero diei 12. Laus, honor, etc. — Sequitur D. Augustini philosophi acutissimi de decem Categoriis ad filium Adeodatum.
6. In membr. Aurelii Augustini episcopi Opera quædam.
7. Membr. S. Augustini episcopi Opera quædam.
8. Membr. S. Augustini episcopi Sermones varii, primus De nativitate D. N. Jesu Christi, ultimus De dedicatione Ecclesiæ.

In fine : « Johannes Franciscus Martinus Gemignianus pro magnifico viro Laurentio de Medicis feliciter transcripsit. »

9. In membr. Liber S. Augustini de speculo animæ, seu Manuale cum oratione in libro Soliloquiorum. — S. Anselmus, De consideratione humanæ miseriæ.
10. Membr. Scriptum super Job fratris Alberti Theutonici de ordine Fratrum Prædicatorum.
11. In pap. Compendium theologiæ quod vulgo ascribunt Alberto Magno.
12. Membr. Odiporicum Ambrosii doctissimi et eloquentissimi sanctæ Camaldulensis eremi prioris, et ejusdem ordinis generalis.
13. Membr. Amatus, De ira Dei et Antichristo.

Opus compositum Florentiæ anno 1461, cum Epistola nuncupatoria ad universos Christi fideles.

14. Membr. Orationes variorum, nempe : Antonii Puccii, Cam. Apostolicæ clerici Oratio habita in IX sessione sacrosancti concilii Lateranensis nonis Maii (ubi de Ecclesiæ majestate ac privilegiis, paceque ac pietate in pristinum reducendis, ad Leonem X Pont. Max. Prima pagina quæ principium orationis continebat post nuncupatoriam Epistolam, mala manu sublata est. In fine : « Joannes Antonius, de Pandulphis de Bononia scripsit. » — Ruinagie Jurisconsulti, et oratoris Placentini Oratio gratulatoria pro Assumptione Leonis X ad Cathedram S. Petri. — De tyrannide ducis Maximiliani adversus Placentiam cum versibus in principio ad Leonem X. — Baldasaris Rasini legum doctoris, equitisque aurati Oratio de celeberrimis Francisci Sforziæ vicecomitis invictissimi Ligurum ducis laudibus, Ticinensem apud Academiam in sacro B. Francisci delubro feliciter habita.
15. Ms. pap. Flores excerpti ex libris S. Augustini De civit. Dei. — Tractatus de amore Spiritus sancti per L. Theoremata distinctus, editus a Fr. Augustino de Ancona Fratrum Eremitarum ordinis S. Augustini.

Hujus fortasse erunt flores prædicti.

16. Membr. S. Athanasii episcopi Alexandrini contra hæreticos Lib. VIII. — Ejusdem Epistola ad Epictetum episcopum Corinthiorum. — Epistola ad episcopos per Africam constitutos. — Epistola synodica de veræ fidei regula, pro qua persecutionem patiebatur, Liberio Papæ directa, cum responsione Liberii ad Athanasium. — Epistolæ duæ, ad Felicem pontif. Successorem Liberii prima; altera ad Marcum pontificem, et hujus ad Athanasium Responsio. — Capitula S. Cyrilli, et Responsiones Theodoriti episcopi Cyri, prævia Epistola ejusdem Cyrilli ad Enoptium, et præfatione. — Epistolæ duæ S. Cyrilli ad successum episcopum Isauriæ. — Allocutio in Ecclesia post allocutionem P. Pauli. — Epistola rescripta ad Carthaginense concilium. — Epistola Joannis Antiocheni ad S. Cyrillum cum responsione Cyrilli ad Joannem. — Epistola S. Procli CP. urbis episcopi adversus hæreticos et Nestoria-

norum pravitatem, ad Armenios destinata, interprete Dionysio eodem, qui S. Cyrilli capitula et Epistolas est interpretatus. — Epistola venerab. P. N. Brunonis ad Rodulphum cognomento Viridem Ecclesiæ Remorum prius præpositum, ac postea ejusdem archiepiscopum civitatis. — Jamblichus philosophus ad Joh. Laur. de Med. cardinalem. — Liber de Teleutelogio editus ad gloriam invictissimi et illustris herois domini Caroli ducis Calabriæ primogeniti serenissimi principis domini Roberti Jerusalem, et Siciliæ inclyti regis.

Finis desideratur.

Quatorzième pupitre.

1. In membr. Homiliæ, sive Sermones SS. Ambrosii, Augustini, Leonis, Joannis Chrysostomi, Maximi, Severini, Fulgentii, Hieronymi, Isidori, quæ legebantur in Ecclesia ab Adventu Domini usque ad sabbatum majoris hebdomadæ. — Leguntur in corpore Epistola S. Leonis papæ de Incarn. Domini ad Flavianum, et miracula S. Joannis evangelistæ excerpta ex Historia Ecclesiastica.
2. In membr. antiq. S. Ambrosii episcopi Mediolanensis Commentarius in Epistolas S. Pauli apostoli.
3. In membr. Ejusdem Commentarius in Evangelium Lucæ lib. x. — De officiis lib III. — De vita et ordinatione clericorum lib I.
4. In membr. Ejusdem de Paradiso liber unus. — De Cain et Abel libri duo. — De Abraham liber unus. — De Isaac et natura animæ liber unus. — De bono mortis liber unus. — De Esau et fuga sæculi liber unus. — De Jacob et vita beata libri duo. — De S. Joseph liber unus. — De benedictionibus Patriarcharum liber unus. — Apologia David liber unus. — De vinea Nabuthæ et Achabi liber unus. — De utilitate jejunii, De lapsu virginis, De corruptione virginis, De tribus quæstionibus Salomonis, De pœnitentia contra Novatianos libri duo.
5. In membrana. Ejusdem de sacramento Dominicæ Incarn., De mysterio Paschæ. — De vita beata. — De tripartita tentatione, De Salomone. — De conflictu vitiorum. — De obitu Satyri. — De resurrectione. — De gestis in Ecclesia Mediolan. — Epistola ad Eugenium imperatorem. — Relatio Aquileiensis concilii ad Valentinianum et Theodosium, et quædam aliæ ad eosdem Epistolæ. — Expositio in psalmum XII.
6. Membr. Ejusdem Epistolæ x de fide ad Gratianum libri quinque, ad eumdem De Spiritu sancto libri tres, et De Incarnatione Domini liber unus, De fide ad Petrum, De initiandis.
7. In membrana. Fratris Bartholini, sive Bartholomæi de S. Concordio de Pisis ordinis Fr. Prædicatorum Summa casuum ad conscientiam spectantium, ordinata per regulam alphabeti.

Subjecta est tabula rerum, et auctorum in opere citatorum, et explicatio breviaturarum.

8. Membr. S. Ambrosii Epistolarum libri septem. — De utilitate jejunii. De tribus quæstionibus Salomonis. — De corruptione virginis. — De ejusdem corruptore. — De ejusdem lapsu. — Origenis Expositio in Genesim, et reliquos libros usque ad Regnorum.
9. In membrana. S. Ambrosii varia, nimirum Expositio super psal. CXVIII *Beati immaculati.* — De virginibus libri tres, De viduis alii tres, De vocatione omnium gentium duo.
10 In membrana. Ejusdem Epistolarum libri septem, Sermones varii prævia tabula.
11. In membr. Ejusdem ad Eugenium pontif. De consideratione liber.....
12. In membr. Fr. Baptistæ Mantuani Carmelitæ theologi, De sacris diebus carmen heroicum ad Leonem Pont. Max.
13. In pap. Bernardi Lavignetæ Vasconis natione, patria Bearnensis, Tractatus theologicus exponens chartam navigatoriam B. Damasceni in qua passus est, quæ Charybdis dicitur, adversus eos qui dicunt Christum non assumpsisse naturam humanam.
14. In membr. Fr. Augustini de Roma ord. Eremit. S. Augustini, De sacramentis tractatus in quatuor partes distributus; in prima agit de sacramento unitatis Christi et Ecclesiæ; in secunda, de Christo capite Ecclesiæ, et ejus inclyto principatu; in tertia, de principatu papæ, et potestate summi pontificatus, quam Christus reliquit in terris Petro et successoribus ejus; in quarta et ultima de charitate Christi erga electos et ejus infinito amore ad magnum et præstantissimum virum Carolum de Malat.
15. Ant. in membr. Anicii Manlii Severini Boetii de Trinitate. — De consolatione philosophiæ.

In principio nonnullæ litteræ exesæ sunt.

16. Impr. in pap. 1514-1517, et 17. impr. in membr. 1514. Balthasaris Fidelis, archiep. Modoetiensis, De prærogativa S. Joan. Baptistæ ad Leonem X Pont. Max.
18. In membr. D. Bernardi abb. Expositio in Cantica. — F. Pauli quondam de Celano Casenovæ monachi Minimi, Liber de gestis B. Placidi. — S. Bernardi Epistolæ quædam De diligendo Deo, De vita solitaria ad Fratres de Monte Dei, De gradibus virtutum et vitiorum, et alia parva opuscula.
19. In pap. Fr. Ptolemei de Luca Ordinis Fratrum Prædicatorum, Historia ecclesiastica ad Guillelmum de Bajona, S. R. E. cardinalem; a Christo primo omnium pontifice ad Eugenium IV.
20. In pap. S. Athanasii contra gentiles libri duo ab Ambrosio monacho in latinum conversi. — Leonardi Justiniani De vita B. Nicolai ad Laurentium Fratrem Venetiarum episcopum. S. Joan. Chrysostomi Homiliæ VIII, de laudibus S. Pauli apostoli,

prævis quibusdam Damasi versibus in laudem S. Pauli.
21. Antiq. in membr. S. Ambrosii expositio in psalm. cxviii. — Decreta quædam et privilegia cœnobii Zelliacensis per Rodomundum Æduorum episcopum compilata ad preces Widonis hujusce cœnobii abbatis.
22. In membr. sancti Ambrosii episcopi Mediolanensis De virginibus. — Adhortatio viduitatis. — Adhortatio virginitatis. — In Epist. ad Romanos. — De Trinitate. — Epistola ad Ecclesiam Vercellensem de vita et honore sacerdotis.

Codex exscriptus ex exemplari Matthiæ regis Hungariæ et Bohemiæ anno 1489.

23. In membr. Ejusdem Hexameron de paradiso liber unus, de Cain et Abel libri duo, de sacramento baptismi, de mysteriis et sacramentis, de virginibus ad Marcellinam sororem libri quatuor, in Epistolam ad Romanos.

Quinzième pupitre.

1. Ms. In membr. Biblia sacra cum præfationibus Hieronymi inverso ordine conscripta.
2. In membr. Petri Rigæ Expositio brevis Historicorum sacræ Scripturæ, sive Aurora, versibus partim elegis, partim hexametris Leonini Generis juxta litteralem et allegoricum sensum; post tertium Regnorum Cantica cum comment. ad marginem soluta oratione.
3. In membr. Biblia sacra minutissimo charactere exarata cum præfationibus S. Hieronymi, et interpretationibus nominum Hebræorum in fine.
4. In membr. Biblia sacra perexiguo charactere exarata cum præfationibus S. Hieronymi, et interpretatione nominum Hebræorum.
5. In membr. Biblia sacra exiguo charactere exarata cum præfationibus, etc., ut supra.
6. In membr. Biblia sacra cum præfationibus, ut supra.
7. In membr. Biblia sacra cum præfationibus, etc.

Desunt pauca in fine ad interpretationem nominum Hebræorum.

8. In membr. Biblia sacra cum præfationibus S. Hieronymi.
9. In membr. Biblia sacra cum præfationibus S. Hieronymi, et interpret. nominum Hebræorum in fine.
10. In membr. Biblia sacra inverso ordine cum præfat. S. Hieronymi.
11. In membr. Biblia sacra cum genealogia ab Adam usque ad Jesum, sive compendio sacræ Scripturæ, et præfatione Hieronymi.
12. In membr. Biblia imperfecta in quibus habentur Pentateuchus, Josue, Judicum, Regnorum IV, Parabolæ Salomonis, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia, Ecclesiasticus cum præfatione Paralipomænon in fine.
13. In membr. Biblia imperfecta quæ continent Pentateuchum, Josue, Judicum, Ruth, Regnorum IV, Isaiam, Jeremiam, Baruch, Threnos, Ezechielem, Danielem, xii prophetas minores.
14. In membr. Biblia imperfecta, in quibus habentur Pentateuchus, Josue, Judicum, Ruth, Regnorum IV, Paralipomenon duos.
15. In membr. Biblia imperfecta, quorum primus tomus continet Pentateuchum sine præfatione Hieronymi, Josue, Judicum, Ruth, Regnorum IV, Paralipomenon, et prologum in Tobiam.
16. In membr. Secundus tomus incipit a Tobia usque ad Maccabæos.
17. In membr. Tertius habet Evangelia cum reliquis Novi Testamenti libris.

Initio vero repetitum est Psalterium David elegantissimis iconibus auro, minioque picturatis.

18. In membr. Biblia imperfecta in quibus habentur Pentateuchus sine prologo Hieronymi, Josue, Judicum, Ruth, Regnorum, Paralipomenon, Parabolæ Salomonis, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia, Ecclesiasticus.
19. In membr. Biblia imperfecta, quæ continent Pentateuchum cum præfationibus, Josue, Judicum, Ruth, Regnorum, Isaiam, Hieremiam, Threnos, Ezechielem, Danielem, xii prophetas minores, et psalterium.
20. Impr. in pap. Vetus Testamentum secundum LXX, latine redditum et ex auctoritate Sixti V pont. max. editum, et a Flaminio Nobilio linguæ utriusque perito notis illustratum. Impressum Romæ in ædibus populi Romani anno 1588, apud Georgium Ferrarium.

Additus est in fine index dictionum, et locutionum hebr., græc. et lat. quarum observatio non inutilis visa est futura. Antonius card. Carafa bibliothecarius ipsi Sixto dicavit.

Seizième pupitre.

1. In membr. S. Bernardi Abbatis Clarevallensis Opera.
2. Membr. S. Bernardi abbatis Liber Epistolarum, quas sequuntur sermones xviii, quorum primus de S. Johanne Baptista, ultimus in S. Stephanum protomartyrem cum tabula in principio.
3. In pap. S. Bernardi abbatis Opuscula quædam.
4. Membr. Sancti Bernardi abbatis Expositio super Cantica cantic. Salom., et Meditationes summe utiles homini, sed maxime religioso.
5. Membr. antiq. Venerabilis Bedæ presbyteri super editionem secundam Donati grammatici urbis Romæ. — Aimerici Ars lectoria, sive de quantitate syllabarum ad episcopum Ademarum. — Serniolus, De primis syllabis. — Priscianus, De accentibus. — Scripta alia manu. — Interpretationes

vocum tum Hebraicarum, tum Græcarum, ex sacris litteris, SS. PP. et externis juxta alphabetum. — Glossæ de canone apostolorum.

6. Membr. Bedæ presbyteri Expositio in Evangelium Lucæ ad dominum, beatum, et nimium desideratissimum Accam episcopum, præviis epistolis duabus quarum prima Accæ altera Bedæ.

7. Membr. Bedæ Scoti Expositio super Actus apostolorum, Apocalypsim, et Epistolas catholicas ad Accam episcopum.

8. Membr. antiq. Liber sacramentorum (non ille S. Gregorii) cui præmittitur Kalendarium cum titulo, Martyrologium Bedæ presbyteri.

9. Membr. Venerabilis Bedæ presbyteri Expositio super Acta apostolorum, Apocalypsim, et Epistolas canonicas.—Ejusdem Expositio tabernaculi, et vasorum ejus, ac de vestibus sacerdotum, libris tribus.

10. Membr. antiquissimus. Bedani presbyteri Liber commentariorum super Marcum et Lucam prævio indice Evangeliorum, quæ per annum leguntur, et indice capitum Evangelii Marci in fine quorum legitur: « Iste liber est monasterii S. Petri de Mosceto ordinis Vallis Umbrosæ; in fine nova manu suppleta sunt quæ deerant.»

11. Pap. Acta in concilio Basileensi ab anno 1438 usque ad ann. 1444, seu secunda pars gestorum sacri Basileensis concilii: incipit a collectione XIII et desinit in XX.

12. Pap. Decreta Basileensis concilii sessionibus XLIII.

13. Pap. Acta contra concil. Basileense (95).

14. Pap. Summarium conc. Basileensis per reverendissimum P. domimum A. episcop. — Pientin. Sequuntur excerpta ex Historia imperatorum Ottonis Frisingensis episcopi, quam supplevit Raderomus præpositus Frisingensis post obitum Ottonis.

15. Membr. antiq. Canones variorum conciliorum, videlicet: Constantinopolitani, Chalcedonensis, Ephesini, Apostolici, Antiocheni, Regulæ prolatæ in synodo Neocœsariensi. — Capita diversarum synodorum orientalium partium composita, et ordinata a Martino episcopo in synodo Bracarensi. — Regulæ fidei catholicæ conc. Toletani I, contra priscillianos, quas Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanorum, et Boeticorum episcopi fecerunt, ac præcepto PP. Leonis * episcopo Galliæ direxerunt cum symbolo concil. Toletani I, in quo processio Spiritus sancti a Filio veluti a Patre primitus professa est. — Concil. Toletanum secundum et tertium in fine quorum habetur professio fidei conversorum ab ariana hæresi. — Canones Sardicenses, et exemplaria Nicœni concilii directa sub die 4 Kal. Decembr., præcepto gloriosissimorum imperatorum Honorii et Theodosii Bonifacio urbis Romæ episcopo. — Concil. Carthaginense CXXV Patrum. — Diversorum Patrum Sententiæ, sive Liber decretorum Pontificum Romanorum. — Capita a B. Gregorio in generali synodo disputata sparsim collecta, et ab episcopo Agirlando Mediomatrice urbis a B. Papa Adriano Romæ tradita quando pro suis negotiis inibi agebatur. Capita quæ notantur in tabula præmissa, sunt 337. — Sequuntur excerpta ex Hieronymo de decimis, et primitiis ex Ambrosio, Leone Papa, synodo Symmachi, et aliis sanctis Patribus. In fine Epistola de fidelitate. — Initio codicis habentur excerpta e decretis Gelasii Papæ, quænam recipienda, vel respuenda. — Ex institutis Cassiani de VIII vitiis principalibus e Gregorio, et Augustino. — Præcepta Urbani Pontificis data in Arvernensi concilio, et flores canonum, quos fecit Leo PP. primus, et Epistola Gregorii Anatolio diacono Constantinopolitano. — In fine catalogus Pontificum a Petro apostolorum Principe ad Paschalem.

16. Membr. B. Gregorii Papæ dulcissimi doctoris Dialogorum libri IV. — Ejusdem Expositio in Ezechielem Prophetam. — In principio leguntur versus de vita S. P. Benedicti, et in fine admonitio S. Anselmi ad fratrem morientem.

17. Membr. Concilium Aquisgranense sub Ludovico Pio capitibus 146, cum tabula in principio. — Excerpta varia de vita canonicorum, et usuum observatione.

18. Membr. Epistolæ variorum Pontif. scilicet Clementis, Anacleti, Evaristi, Alexandri, Sixti, Telesphori, Hygini, Aniceti, Pii, Eleutherii, Soteris, Victoris, Zephyrini, Callisti, Urbani, Pontiani, Anthesii, Fabiani, Cornelii, Lucii, Stephani, Sixti, Dionysii, Felicis, Eutychiani, Gaii, Marcellini, Marcelli, Eusebii, Melchiadis, Constantini, Athanasii, Marci, Julii, Eusebii, Liberii, Leonis, Damasi, Pelagii, Joannis, Adriani, Nicolai, Syritii, * Ambrosii, Innocentii, Constantini, Sylvani, Volusiani, Zosimi, Bonifacii, et Cœlestini. — In fine opus absolutum XI Kal. Aprilis anno Sal. MCCCCLXXXX per me presbyterum Martinum Antonium Florentinum.

19. Pap. S. Basilii De liberalibus studiis, et ingenuis moribus, liber per L. Ar. ex græco in latinum versus ad Coluccium. — Ciceronis De amicitia. — De Senectute. — Paradoxa, et Somnium Scipionis cum glossis quibusdam marginalibus.

20. Membr. antiq. Admonitiones S. Cæsarii episcopi Arelatensis de lectione Apostolica, finis desideratur; desinit in admonitionem inchoatam XLIV.

21. Membr. antiq. Bruchardi Wormatiensis episcopi Opera libris XX ad Bruchonem ejusdem sedis præpositum; ultimo libro desunt capita 52 ut constat e tabula. — Initio habentur Synopses, seu tabulæ humilitatis, et superbiæ, et pictura sinus

(95) Montfaucon donne une longue énumération des matières de ce manuscrit, pages 275-277.

Abrahæ, etc. — In fine Epistola S. Pascasii ad Mediolanensem archiepisc. simoniaca hæresi laborantem. — Edictum Ottonis Roman. imperatoris, et alia.

22. Membr. Cæcilii Cypriani episcopi, et martyris inclyti Opera, primum De habitu virginum, ult. Cœna.

Lib. Petri de Medicis Cosmi filii.

23. Membr. Tractatus de non mutando Paschate, et contra servile pecus Judæorum aculeus a magistro Cypriano Beneti doctore Parisiensi nuperrime editus ad Leonem X P. Max., impressus Romæ an. M. D. XV.

24. Impressus membr. Claudii Seisselli Sabaudiensis Marsiliensis episcopi Explanatio moralis in primum caput Evangelii D. Lucæ, continens tractatus IV, quibus omnem hominis pœnitentis, proficientis, et perfecti statum verbis Evangelistæ appositis accommodat, Leoni X P. M. nuncupata. Impressa in Chalcographia Ascensiana ad Non. Julii M. D XV.

25. Membr. Sacri operis Theotocon de vita pariter et obitu Dominæ nostræ Virginis Mariæ libri IV, auctore Fr. Dominico Johannis theologo. Flor. ord. Præd. ad Petrum Medicen illustrem civem Florentiæ, carmine elegantissimo.

26. Membr. Johannis Cassiani disertissimi viri De institutis ac regulis monachorum, et De octo principalium vitiorum remediis, ad beatissimum Papam Castorium libri XII. — Ejusdem Collationes Patrum anachoritarum.

27. Membr. Regulæ monachorum Ægyptiorum a Joh. Cassiano Massiliensi presbytero conscriptæ, quas Eucherius Lugdunensis episcopus breviori conscripsit sermone, cum collationibus Patrum, et brevi Vita ejusdem Johannis. — Subjiciuntur Instituta Nili monachi de octo vitiis generalibus.

28. Membr. antiq. Cassiani De institutis ac regulis monachorum, et De octo principalium vitiorum remediis libri XII. — Sequitur Carmen elegiacum cum cantu interlineari primis XIV versibus in laudem S. Benedicti.

29, 30. Impressi pap. B. Johannis eremitæ, qui Cassianus dicitur, De institutis cœnobiorum et De octo principalibus vitiorum remediis libri XII. — Collationes Patrum ab eodem conscriptæ n° 24. Impressi apud Venetias anno D. M. CCCCLXXXXI.

31. Membr. Venerabilis Johannis eremitæ, qui et Cassianus, De institutis cœnobiorum et octo principalium vitiorum remediis cum collationibus SS. PP. ab eodem compilatis. — Epistola consolatoria S. Hieronymi ad amicum ægrotum.

Hic liber fuit olim Colucii Pieri; postea Cosmæ, dein Petri de Medicis ejus filii.

32. Membr. ornatus. Joh. Cassiani contra nestorianos libri VII. — Liber Prosperi contra Cassianum collatorem. — Liber sermonum S. Ephrem abbatis. — S. Cæsarii Admonitiones XXXIV, et Homiliæ VII.

Ex his admonitio prima desideratur.

33. Membr. Catena variorum SS. PP. in Epistolas omnes S. Pauli.

34. Membr. Compendium litterale sensus totius divinæ Scripturæ a Fratre Petro Aureoli ord. Fr. Min. Sacræ Paginæ doctore egregio.

35. Membr. antiq. Epistolæ, Evangelia, et Orationes, quæ annuatim leguntur in Missa. Incipit a vigilia Nativitatis Domini.

36. Psalterium David cum scholiis ad marginem, et glossis interlinearibus; cui adjecta sunt Cantica prophetarum. Symbola.

37. Membr. Psalterium David, Cantica prophetarum, Litaniæ, etc.

38. Membr. Deuteronomium cum scholiis variorum PP. videlicet Rabani, Augustini, Gregorii, etc.

Charactere Longobardico.

39. Membr. antiq. Opus excerptum ex libro compoti divisum in duas partes, cum prolegomenis in principio. Post secundam partem sequuntur alia capita De partitione anni, De cyclo, De diis gentium, etc.

40. Membr. Testamentum et ordinatio Magni et sancti Constantini scripta a Nicolao Hydruntino Constantinopoli. — Benedicti Coluccii Pistoriensis Lazareus, seu Historiuncula de commemorabili pugna in Pistoriensi agro gesta, in qua Lazarus Palandræ filius fortissime se gessit, ad generosum juvenem Julianum Medicen.

41. Membr. antiq. Homiliæ variorum PP. videlicet: Ambrosii, Augustini, Eusebii, Hieronymi, Gregorii, Bedæ, Origenis, Faustini, Leonis Papæ, Fulgentii, Severini, Cypriani, ab Adventu ad Pascha Resurrectionis D. N. J. C.

42. Membr. antiq. homiliæ variorum PP. nempe: Augustini, Leonis Papæ, Hieronymi, Gregorii, Ambrosii, Origenis, Bedæ, Maximi. Incipit a Dominica Resurrectionis, desinit in Dominicam XXIV post Pentecosten; deinde sequuntur Homiliæ de commemoratione sanctorum.

Dix-septième pupitre.

1. Ms. membr. Ordo Breviarii recitandi secundum consuetudinem Romanæ Curiæ, prævia præfatione quæ incipit: « Fecerunt tum inscii sacrarum litterarum descriptotes. »

2. Membr. Ordo Breviarii secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ.

3. Membr. antiq. Psalterium David una cum Hymnis, et Canticis prophetarum, Symbolis, Litaniis, Orationibus, Orationibus psalmorum: præmittitur Calendarium, seu calculatio Græcorum approbata Nicææ a SS. PP.

. Membr. antiq. Psalterium David cum scholiis anonymi.

. Membr. antiq. Psalterium David, et cantica prophetarum cum scholiis quibusdam, et glossis interlinearibus.

. Membr. antiq. Psalterium David cum scholiis, et glossis interlinearibus, sed a Psalmo CVII ad finem cum Canticis prophetarum, et symbolis nova manu suppletum.

7. Membr. antiq. Psalterium David cum scholiis quibusdam ex Commentariis Augustini, et Cassiodori cum precationibus variis ut num. 3. Initio habetur fragmentum cujusdam commentarii in Psalmos.

8. Membr. antiq. Psalterium David cum scholiis ex Augustini et Cassiodori commentariis. — Sequuntur Cantica prophetarum, et Symbolum S. Athanasii.

9. Membr. antiq. Psalterium David cum Canticis prophetarum, Symbolis, aliisque precationibus. — Initio leguntur Orationes quædam ad sanctam crucem.

Liber Petri de Medicis Cosmæ fil.

10. Membr. antiq. Psalterium David cum Canticis, etc., illustratum scholiolis quibusdam, et glossis interlinearibus; subjiciuntur Precationes variæ, et Hymnarium.

Notandum, quod in hoc codice, ut et in tertio et nono hujus plutei canticum *Te Deum laudamus*, S. Niceto tribuitur.

11. Membr. antiq. Psalterium David cum Commentariis anonymi; præmittuntur Argumenta in Psalmos aliquot.

In fine nova manu nonnullæ paginæ suppletæ sunt.

12. Membr. antiq. Psalterium David cum Canticis, Symbolis et Supplicationibus variis.

Finis desideratur.

13. Membr. Psalterium græco-latinum cum Canticis, etc.; subjicitur Psalmus contra Goliath.

14. Membr. antiq. Exodus cum commentariolis, seu adnotationibus Rabani, Origenis, et aliorum Patrum.

15. Membr. antiq. Leviticus cum adnotationibus quibusdam Hesychii, Origenis, Rabani, et aliorum.

16. Membr. antiq. Exodus cum adnotationibus eorumdem Patrum quos num. 14 recensuimus.

17. Membr. Epistolæ canonicæ cum scholiis et glossis interlin.

In fine nova manu suppletæ sunt.

18. Membr. antiq. Evangelia quæ toto anno leguntur in Ecclesia.

19. Membr. Evangelia quæ toto anno leguntur in Ecclesia.

20. Membr. Liber Evangeliorum ab Adventu D. N. J. C.

21. Membr. orn. Epistolarium una cum Evangelistario, et Orationibus Dominicalibus per annum juxta consuetudinem Romanæ Ecclesiæ.

22. Membr. orn. Dionysii Areopagitæ Athenensis episcopi De cœlesti hierarchia, De ecclesiastica hierarchia, De mystica theologia, De divinis nominibus, et Epistolæ X quas ante apposita est hæc adnotatio : « Absolvi Ambrosius Peccator Dionysii opuscula in monasterio Fontis-Boni XV Kalendas Aprilis anno Dom. Incarn. MCCCCXXXVI, indictione XV emendavi, et cum Græco contuli in Eremo III Id. Aprilis. » — Didymi Alexandrini Liber de Spiritu sancto ex interpretatione S. Hieronymi. — B. Athanasii Episcopi Alexandrini contra Gentiles lib. II. — Ambrosius monachus e græco in latinum vertit.

23. Pap. Dionysii Areopagitæ opera.

24. Pap. Commentarius in Genesim incerto auctore, cui falso appositus erat jampridem titulus, *Epistolæ diversorum theologorum.*

25. Membr. Eusebii Pamphili de Evangelica præparatione libri XIV, interprete Gregorio Trapezuntio ad Nicolaum V.

26. Membr. antiq. Evangelia cum canonibus in quibus Evangelistæ concordant, et præfatione S. Hieronymi.

In fine legitur : « Scripsit hæc Evangelia quatuor Hermannus pro duodecim Bisantiis, et pro redemptione animæ suæ, » etc.

27. Membr. Evangelistarium secundum consuetudinem curiæ Romanæ.

Scriptum litteris grandioribus.

28. Membr. antiq. Evangelia cum præfatione S. Hieronymi, et argumentis.

Singulis evangelistarum iconibus præter Johannem, subjiciuntur quidam versus. Sequuntur Evangelia quædam, quæ per annum in missa leguntur, primum in Nativitate Domini, ultimum in festo S. Cæciliæ.

29. Membr. Lodoyci Romanorum regis propositiones contra Bullam Johannis XII de paupertate *quia quorumdam*, collectæ a Fr. F. de Florly. (*Hæc non quadrant*). — Ejusdem Constitutio, ut si quis in crimine hæresis, vel læsæ majestatis inciderit. — Bulla contra excessus enormes Jacobi de Caturco, qui se Papam mendaciter asserebat. — Ejusdem Lodoyci Imperatoris Edictum de continua Papæ residentia in urbe Romæ habenda. — Michaelis, et Guillelmi Fr. ord. Minor. Responsiones ad quæstionem, utrum asserere, quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid nec in proprio, nec in communi sit hæreticum. — Pontificia constitutio super eamdem quæstionem. — Fr. Bonagratiæ de Pergamo Ord. Pr. Min. super constitutione prædicta. — Johannis Papæ De observantia regulæ Fratrum ord. Min. constitutiones III prævia decretali

Nicolai III, cujus initium *Exiit*, cum responsione Fr. Bonagratiæ ad eas, et alia. — Fr. Michaelis Epistola circularis in qua retractat eam ipsam responsionem, quam una cum cæteris Fratribus dederat præcedenti quæstioni. — Fr. Ugonis de Digna ord. Min. De finibus paupertatis, in fine habetur : « Ad usum Francisci Tebaldi de Mucillo. »

30. Membr. Gilleberti (*al.*, Giliberti), abbatis de Hoilandia in Anglia, ord. Cisterciensis super Canticum cantic. Sermones XLVI.

31. Membr. Gregorii Nazianz. episcopi Opera quædam.

32. Membr. antiq. Expositio S. Gregorii Papæ in Cantica cantic., homiliæ II. — Origenis Expositio super Cantica cantic., libri tres.

33. Membr. antiq. B. Gregorii PP. Dialogorum libri quatuor. — Excerpta ex concil. Domini Bonifacii Papæ, quomodo liceat monachis cum sacerdotali officio ubi ministrare, et quædam paucula de distinctione legis, alia manu descripta. — Enarratio Leontii episcopi Neapoleos Cypriorum insulæ de vita et actione. — S. P. N. Johannis archiep. Alexandrini cognomento Eleemonis interprete anonymo ad Nicolaum Pontif. « Cogitante me, » in fine legitur. — Expliciunt Acta S. Joh. Eleemonis, quæ quidem prætermissa fuerant a Johanne atque Sophronio viris illustribus, qui ejus Vitam scripserunt, sed postmodum Leontius episcopus Neapoleos Cypriorum insulæ ea studiose supplevit. Cujus narrationes SS. ac BB. Dominus Nicolaus Papa ad multorum ædificationem nunc parvum librum scribere præcepit.

34. Membr. antiq. S. Gregorii Papæ Dialogorum libri quatuor. — Vita S. Fursei monachi, et sermo in eumdem. — Vita Witini monachi.

35. Membr. S. Gregorii Papæ Dialogorum libri quatuor. (Desunt in fine nonnulla.) — S. Hieronymi presbyteri Vitæ SS. PP. monachorum abbreviatæ, locupletiores enim, et magis diffusæ habentur pluteo 19. — Vita S. Brendani; in principio legitur : « Liber presbyteri Laurentii. »

36. Membr. antiq. Homiliæ, sive enarrationes variorum SS. PP. videlicet Augustini, Ambrosii, Hieronymi, Leonis, Gregorii, Bedæ, Origenis, Chrysostomi, Maximi, Hilarii, Ephremi, Fulgentii, atque Remigii in festa sanctorum, atque Evangelia a resurrectione Domini ad festum S. Andreæ apostoli. — Deinde sequuntur Homiliæ in communi sanctorum

37. Membr. antiq. Homiliæ, sive Sermones variorum PP. Gregorii, Augustini, Bedæ, Hieronymi, Leonis, Ambrosii, Constantini, Maximi, Origenis, Chrysostomi, Hilarii, Remigii, Eugenii, atque Fulgentii, a miraculo piscium ad S. Andreæ apostoli solemnem diem. — Sequuntur enarrationes quædam, sive breves vitæ SS. Blasii episcopi, Christophori, Jacobi Mariæ Magdalenæ pœnitentis, Andreæ apostoli et Placidi.

Ibi etiam enarratio de Icone Domini nostri Jesu Christi a Judæis turpiter contumeliis affecta, gladiisque confossa; et alia de victoria B. Michaelis Archangeli, cujus finis desideratur.

38. Membr. antiq. Homiliæ variæ nonnullorum SS. PP. Gregorii, Leonis, Bedæ, Augustini, Ambrosii, Maximi, Hieronymi, Origenis, Remigii, Hilarii, atque Fulgentii a Dominica die Resurrectionis Domini ad Dominicam XXIV post Pentecosten. — Sequitur Commune SS. ubi habentur expositiones quædam orationis Dominicæ, Symboli apostolici, et S. Athanasii, in fine legitur vita S. Leonardi confessoris.

Dix-huitième pupitre.

1. Manuscrip. membr. Sanctissimi Gregorii Papæ moralium in Job pars prima continens libros XVIII.

In fine, hoc volumen scriptum fuit in Civit. Florentina die 7 Decembris anno 1492, cum tabula in principio.

2. Membr. Secunda pars Moralium sanctissimi Gregorii Papæ super Job continens libros XVII.

Script. manu Sigismundi de Sigismundis Ferrariensis anno 1493, die prima Augusti in civitate Florentina per Magnificum Dominum Petrum Medicem.

3. Membr. S. Gregorii Papæ Epistolæ cum symbolo quod idem Gregorius dictavit. in principio ; et tabula rubricarum.

Scriptum manu Sigismundi de Sigismundis anno 1498, in civitate Florentina.

4. Membr. S. Gregorii Moralium in Job pars prima continens libros XVI, cum tabula librorum in fine.

Nicolaus Marchesinus presb. Faventinus scripsit

5. Membr. Secunda pars Moralium S. Gregorii Papæ continens lib. XIX cum tabula ad finem.

Scriptus manu Nicolai Marchesini Clerici Faventini.

6. Membr. S. Gregorii Pontificis ad Marianum Episc. super Ezechielem Proph. Homiliæ XXII. — Ejusdem Dialogorum libri IV. — Ejusdem Liber regulæ scriptus ad Joannem episcopum Ravennatem prævia ad eumdem Epistola.

7. Membr. Registrum S. Gregorii Papæ.

In fine : « Anno salutis humanæ 1492 et die sexta mensis Aprilis opus hoc præclarum Florentiæ absolutum est, » etc.

8, 9, 10, 11, 12. Impressi in pap. cum icone S. Gregorii Magni. — S. Gregorii Magni Papæ opera [illegible]

gentissimo, atque aucta, et in tomos VI distributa. Typis edita Romæ e typographia Vaticana an. 1588.

13. Membr. antiq. S. Gregorii Regulæ Pastorales, in fine adnotata est memoria anni 1368 ex qua colligitur jampridem librum fuisse descriptum.

14. Membr. S. Gregorii Pontificis ad Marianum Episcopum super Ezechielem prophetam capita 173.

15. Membr. antiq. S. Gregorii Moralia in Job libris XXXV.

16. Membr. Gregorii Benigni salutati Fratris seraphicæ religionis ad Laurentium Medicem opus de Natura Angelica cap. 43.

17. Gabrielis Brebiæ Expositio in Psalmos, et Cantica prophetarum, Hymnum angelicum, confessionem Athanasii, etc., ad religiosum monachum et sapientem virum D. Gregorium Beaq. Mediolanensem, cum tabula in fine. Impressus Mediolani Non. Quintil. 1477.

18. Pap. Glossæ sive postillæ super Epistolas Dominicales totius anni Fratris Honufrii Angelii de S. Geminiano scriptæ anno 1388.

19. Membr. Expositio D. Hieronymi presb. in Hieremiam prophetam. — Ejusdem Expositio in Danielem. — Liber Paschasii de corpore et sanguine D. N. J. C. cum versibus quibusdam in fine. — S. Pachomii Sermo ædificationis ad Optatum. — Liber Cassiodori Senatoris De anima, 17 capitula, vel propositiones continens.

20. Membr. antiq. Expositio S. Hieronymi presb. de psalmis a psalmo CIX usque ad psalm. CXLV qui est ultimus hujus codicis.

Totus nova manu suppletus.

21. Membr. Hieronymi monachi Vallisumbrosæ in miracula S. Joannis. — Ejusdem de quibusdam Virginis Mariæ templis. — Ejusdem in Vallisumbrosanæ religionis beatos. — Ejusdem De vita solitaria cap. 20.

22. Membr. antiq. Sermones festivi, et feriales compositi a magistro Henrico de Bononia doctore sanctæ Scripturæ.

Deest aliquid in medio ubi est tabula sermonum, et ibidem, primus sermo de dominica prima adventus de ultimus S. Francisco.

23. Membr. ant. Homiliæ in Evangelia, variorum Sanctorum Patrum.

24. Memb. antiq. Homiliæ in Evangelia variorum Patrum.

Dix-neuvième pupitre.

1-15. B. Hieronymi Opera et Epistolæ quædam.

16. Membr. antiq. Vitæ sanctorum Patrum eremitarum ab Hieronymo, et aliis conscriptæ; prima est Vita S. Pauli primi eremitæ, ultima ponitur : Vita et ambulantia viri Dei nomine Alexis; in fine Fragmentum S. Joan. Chrysostomi de reparatione lapsi.

17. Membr. antiq. Homiliæ variæ, quibus præmittuntur S. Hieronymi ad Paulam et Eustochium de Assumptione B. M. — Acta S. Lucæ Evangelistæ. — Vita BB. Galli et Columbani abb. (Deest finis.) — Sequuntur Homiliæ sine principio et fine : prima quæ legitur est de Circumcisione Domini; ultima de Dominica IV post Epiphaniam. — S. Gregorii Homiliæ XL in duas partes distributæ (desunt in principio XII et initium XIII).

18. Membr. S. Joannis Evangelium, et Apocalypsis, cum scholiis et glossis interlinearibus.

19, 20, 21. Ms. membr. antiq. S. Joannis Evangelium cum scholiis et glossis interlinearibus.

22. Membr. antiq. S. Joannis Apocalypsis cum scholiis et glossis interlinearibus.

23. Membr. S. Joannis Apocalypsis cum scholiis et glossis.

24. Membr. antiq. Epistolæ Canonicæ, cum scholiis et glossis.

25. Membr. antiq. S. Joan. Chrysostomi Constantinopolitani episcopi Opera quædam, videlicet Dialogus de dignitate sacerdotali libris VI. — De providentia Dei ad Stagirium monachum arreptitium Ambrosio monacho ord. Camald. interprete, ad Petrum Principem Lusitaniæ, libris III. — Super isto verbo, *quod nemo læditur nisi a se ipso.* — De reparatione lapsi. — De compunctione cordis libri II. — De lapsis ad Theodorum.

26. Membr. B. Joan. Chrysostomi Homilia in psalmum *Miserere mei, Deus,* interprete Joh. Tortellio Aretino ad excellentissimum virum Cosmam Med.

27. Membr. Johannis Castrensis Excerpta ex omni psalmorum corpore nonnullorumque sanctorum sacris precibus, et ad contritionem, et pœnitentiam in unum psalmum redacta.

In trunco Mediceo, qui frontem codicis adornat characteribus aureis scriptum legitur : « Si quis hujusmodi est, Deum tutorem, et habitatorem sui esse non dubitet. »

28. Membr. antiq. Liber Job et Ecclesiastes.

29. Pap. Opuscula varia, charactere diverso exarata, quorum primum : Fr. Johannis Genesii vilitate de Parma S. theologiæ professoris Rosarium. — Innocentius, De vilitate humanæ conditionis. — Interrogationes faciendæ per confessorem in confessione. — Sermones varii sine titulo: primus de S. Augustino. — Tractatus Francisci de Maronis super articulis fidei. — Liber S. Cypriani martyris de XII abusionibus sæculi. — Tractatulus reverendi magistri Henrici de Harsia de vitio proprietatis claustralium ; præmittuntur capita quædam, quorum primum de inani gloria. — Viridarium principum, in quo habetur qualiter princeps debeat esse virtutibus decoratus ex Aristotele, et aliis

auctoribus compilatus per Fr. Andream de Pace de Sacca ord. Fr. Minor. provinciæ Siciliæ ministrum, et S. theologiæ magistrum ad illustrem et potentem D. comitem Nicolaum de Petralda ex regali progenie oriundum. — Epistola D. Nicolai Papæ de continentia clericorum. — Epistola Lentuli ad imperatorem, et senatum Romanum de Christo. — Liber de conflictu vitiorum, et machina virtutum. B. August. Expositio orationis Dominicæ.— Tractatus quidam S. Isidori in quo in brevi comprehenditur quidquid pertinet ad statum perfectionis cujuslibet fidelis personæ. — Epistola de informatione novitii. — Augustinus, De speculo animi. — Anselmus, De consideratione humanæ miseriæ, et diei judicii. — Sequitur alius tractatus compositus per quemdam venerabilem virum religiosum, in quo in brevi comprehenditur quidquid pertinet ad statum perfectionis. —Capita quædam theologica, quorum primum de summa Trinitate, quomodo tres personæ et una substantia. — Vita beatissimi atque sanctissimi Zenobii episcopi Flor., auctore Joh. Tortell. Aret.

Deest præfatio.

30. Membr. Tractatus quo concluditur nullam gentilium scientiam catholicæ fidei Christianæ esse contrariam, imo quamlibet talem ad ipsius veritatem cognoscendam parare viam, ad Magnif. D. Malatestam de Malatestis de Tambenis de Faventia; editus cum obedientia per magistrum Johannem Baldum de Tambenis de Faventia civem Flor. adversus Rainaldum Domini Masii de Albicis de Florentia. — Tractatus quo ratione concluditur non esse dolendum in morte filii, ad nobilem comitem Antonium de Monte Garneli, editus per Mag. Johannem Baldum de Faventia civem Florentin. — Tractatus de temporibus partus — Ejusdem de electione medici.

31. Membr. antiq. Codex a beato Isidoro Hispalensi episcopo de quinque libris Moysis, * vel cæterorum librorum Vet. Testamenti explanatum, atque de diversis auctoribus in unum collectum, luculenterque expositum, seu Isidori Catena in Genesim, Exod. Levitic. Deuteron. Josue, Judic., Ruth, et Regum. — Glossæ in Genesim, Parabolas, et Ecclesiastem Salomonis alia manu descriptæ. — Sequitur libellus cum titulo. Interpretatio sermonum. — Brevis interpretatio in illud Isaiæ : *Ponam desertum in stagna aquarum.* — Historiæ quædam e sacris litteris moraliter expositæ.

32. Pap. S. Isidori episcopi Etymologiarum libri XXII, ad servum Dei Braulionem episcopum præviis Epistolis utriusque.

33. Membr. Prophetæ minores cum scholiis ad marginem S. Hieronymi, Aimonis, etc. et glossis interlinearibus.

Vingtième pupitre.

1. Ms. in membr. antiq. Acta sanctorum de quibus anniversaria celebritate commemoratio agebatur, atque in eorum natalitiis legebantur in Ecclesiis, quæ Baronius in Adnotat. ad Martyrologium Rom. nonis Februariis asserit a vulgo appellata esse Passionalia, seu sanctoralia, ut etiam videre est in codice.

Speculum historiale Fratris Vincentii, pars prima, secunda, tertia et quarta.
Speculum naturale ejusdem, pars secunda.
Statii Thebaidos.
Strabi Expositio difficilium nominum utriusque Testamenti.
Summa Altisiodorensis.
Summa casuum conscientiæ Patris Raymundi.
Summa casuum sine nomine auctoris.
Summa de titulis decretalium archiepiscopi.
Summa veritatis theologicæ, itinevantium Verbi Dei et alia.
Sylvæ medicinalis et quædam ex libro Plinii Junioris. — Trophæum Gallorum.
Symphoriani Camperii De quadruplici vita.

T.

Tabula super libris De civitate Dei, Moralium Gregorii, auctoritatibus.
Tabula sententiarum Bibliæ Joannis Caldarini.
Terentii Comediæ antiquissimæ, *bis*.
Terentii Comediæ cum postillis.
Testamentum Novum.
Testamentum Vetus a Genesi usque ad Jósue.
Thomæ cardinalis de Capua Summa dictaminis.
Thomæ de Aquino sup. Ethicam et alia.
Tiberii Alpharini De præstantia basilicæ.

Titi Livii Historiarum pars prima.
Tullii Orationes.
Tullii Philippicarum antiquissimus codex.
Tullii Rhetoricorum, de amicitia et senectute.
Tullius De finibus bonorum et malorum.
Tullius De officiis et De Tusculanis quæst. — Tullii Catilinariæ.

U.

Uguicionis Derivationum liber.

V.

Vegetius Renatus, De re militari.
Victore (Hugonis de S.) Speculum Ecclesiæ.
Vincentii Speculum historiale, pars prima, secunda, tertia et quarta.
Vincentii Speculum naturale pars secunda.
Vita S. Magni archiepiscopi Tranensis martyris.
Vitruvius, De architectura.
Vocabularium ecclesiasticum.
Vocabularium Papiæ.

W, X, Y.

Néant.

Z.

Zabellæ cardinalis Tractatus de horis canonicis, libri diversarum informationum, decisionum, repertoriorum.
Zachariæ Chrysopolitæ Concordia Evangelistarum.
Zenonis episcopi Veronensis De pudicitia, resurrectione, etc.

—

Libri informationum mss., num. 14
Libri mss. decisionum, num. 23.
Libri mss. repertoriorum, num. 13.

III. REGISTRES MANUSCRITS ET PRINCIPALEMENT REGISTRES DE LETTRES PONTIFICALES CONSERVÉS AUX ARCHIVES DE SAINT-ISIDORE.

(MONTFAUCON, t. Ier, p. 159.)

Ex armario primo.

m. 95. Collectio Ritualium Panvini. — 99. Episcoporum, Clementis VIII
Manuscrip. 101. Martyrologium Franciscanum Fulgentii Esini.
Num. 103. Martyrologium Ecclesiæ Brixianæ.
Num. 104. Martyrologium vetustum.
Num. 110. Vetus ordo celebrandi divinum officium Lucæ Cusentini.
Num. 131 et 132. Conciones Xisti V originales.

Ex armario secundo.

Num. 20. Summarium pontificatus Joannis Papæ XXII.
Num. 75, p. 219. Vita S. Gualbardi confessoris

Ex armario tertio.

Num. 29. Historia ecclesiastica Indiana de introductione Evangelii.

Ex armario quarto.

Thom. II. Operum Vadingi, Vitæ summorum Pontificum et cardinalium.
Item et manuscrip. 12. Joannis-Baptistæ Moncatii (alibi legitur *Moncetti*) cardinalium elogia, num. 14.
Num. 15, 16 et 17. Index omnium episcoporum orbis.
Num. 18. Collectanea Patris Vadingi ad Vitas episcoporum. — Item et num. 19, in quo volumine fol. 445 et sequentibus, multa sunt de ordine Carthusiensi.
Num. 21, 22, 23. Omnino legendi.
Num. 40, 41, 42, 43. Variæ scripturæ de immaculata conceptione beatæ Mariæ.
Num. 44. Varia pro ordinibus militaribus.
Num. 68. Inventarium bibliothecæ Venetæ S. Marci.
Num. 69. Registrum cardinalis de Aragonia.
Num. 70. Compendium formularii Marini de Ebulo, Innocentii Papæ IV vicecancellarii.
Num. 71 Historia Puteolana.
Num. 81. Relationes variæ diversarum regionum.
Num. 83. Variæ sanctorum vitæ.
Num. 84. Miscellanea bullarum et edictorum.
Num. 85. Variæ scripturæ pro familia Ursini de Vivariis.
Num. 99. Acta congregationis de auxiliis, tom. II et III.
Num. 101. Miscellanea de controversia Jansenistarum. — Item 102, 103.
Num. 110. Variæ chartæ pro historia Pisauriensi.
Num. 134. Valarannus in Cantica, versu.

Ex armario quinto.

Num. 17. Collectanea varia de rebus Galliæ.
Num. 27. Varia collectanea Alphonsi Ciaconii omnino legenda.
Num. 28. Varia de missionibus propagandæ fidei.
Num. 29 Notitia familiarum illustrium.
Num. 30, fol. 166. Chronica ad annum 1217.
Num. 130. Alphonsi Ciaconii Collectanea tom. III.
Num. 184. Vetus Psalterium.
Num. 202 et seqq. Leges Patrum Societatis Jesu.

Ex registro Joannis XXII, anno primo, in bibliotheca S. Isidori.

Num. 875. Joannæ reginæ Franciæ et Navarræ gratulatur quod Blancha germana ipsius tradita fuerit educanda sororibus de Longo-Campo. Dat. Avenione, 3 Idus Septembris anno quarto.
Fol 24. Ex appendice Philippo regi Franciæ conqueritur de Michaele ministro generali ordinis Minorum. Dat. Kal. Aprilis anno quarto.
Fol. 29. Nobili viro Roberto comiti Flandriæ; hortatur ad pacem et ad observationem conventionum inter Philippum regem Franciæ et Navarræ regentem, inter se et

inter communitates Flandriæ initarum. Dat. Kal. Aprilis. — Ibid. scabinis, consiliariis, et communitati Gandavensi. Hortatur ad pacem. — Item Brugensi ad eumdem affectum. — Ex alia appendice fol. 6, regi Franciæ; ut quando ingredietur monasteria monialium causa devotionis, liceat ipsi Fratres Prædicatores vel Minores in ipsius tunc comitiva existentes secum introducere. Dat. Aven. Idib. Augusti. — Ex tomo primo, parte prima anni primi, num. 226, nobili mulieri Joannæ comitissæ Pictaviensi, Palatinæ, Burgundiæ, et dominæ de Salinis; ut monasteria monialium cujuscunque ordinis ingredi possit, et specialiter Carthusiensium ac Minorissarum. Dat. Lugduni 7 Idus Septembris anno primo.

Num. 487. Nobili mulieri Matildæ comitissæ Atrabitensi; ut monasteria monialium Carthusiensium, Cisterciensium, Jacobitarum et aliarum inclusarum ingredi possit. Dat. Aven. Idus 8 Octobris anno primo.

Num. 849. Nobili viro Philippo claræ memoriæ regis Franciæ filio, regna Franciæ et Navarræ regenti; ut monasteria monialium cum octo Fratribus Prædicatorum et Minorum Ordinum ingredi possit. Dat. Aven. 2 Id. Novemb. anno primo.

Num. 881. Nobili viro Guidoni de Castellione et Margaritæ ejus conjugi comitissæ Blesensi; ut monasteria Jacobitarum et Minorissarum ingredi possint cum quatuor viris et quatuor mulieribus. Dat. Aven. apud Castrum novum 5 Kal. Octob. anno primo.

Num. 899. Philippo regi Franciæ illustri; ut monasteria monialium cum octo Fratribus Prædicatorum et Minorum Ordinum decenti comitiva virorum ac mulierum ingredi possit, dummodo in eis nec adeat nec pernoctet. Dat. Aven. Idibus Augusti anno primo. — Ex appendice num. 18. Fratribus Bertrando ministro ordinis Minorum in Aquitania, ac Bernardo Guidoni ordinis Prædicatorum, inquisitori hæreticæ pravitatis in Tolosona provincia; quo pacto se gerere debeant circa hæreticos. Dat. Aven. 4 Kal. Februarii anno primo.

Num. 118. Officiali Biterrensi; ut pacem cum Fratribus Minoribus habeat, nec eos gravet. Dat. Aven. 5 Kal. Maii anno primo.

Num. 156. Canonisatio S. Ludovici episcopi Tolosani. Dat. Aven. 4 Idus Aprilis anno primo.

Num. 314. Episcopo Agennensi: ut pacem procuret inter nobiles viros Amanevum de Libreto, et Sanseverium de Pinibus milites. Dat. Aven. 7 Idus Julii anno primo.

Num. 1317. Nobili mulieri Blanchæ filiæ auctæ memoriæ B. Ludovici regis Franciæ; ut quosd. Fratres Minores exsecutores sui testamenti facere valeat. Dat. Aven. Kal. Januarii ann. primo.

Num. 1748. Nobili mulieri Blanchæ relictæ quondam Philippi de Atrebato; ut monasteria monialium ingredi possit. Dat. Aven. 7 Kal. Novembris ann. primo.

Num. 2170. Joannem electum Trecorensem confirmat post. obitum Gaufredi. Dat. Aven. 9 Kal. Martii anno primo.

Num. 2171. Nobili viro Joanni duci Britanniæ eumdem electum Trecorensem confirmat et commendat. Dat. ut supra.

Num. 2245. Nobili mulieri Margaritæ comitissæ de Rossiaco; ut monasteria monialium ingredi possit. Dat. Aven. 2 Idib. Feb. anno primo.

Num. 2609. Archiepiscopo Auxitano, et Tolosano et Lemovicensi episcopis commendat moniales inclusas S. Damiani. Dat. Aven. Idibus Aprilis ann. primo.

Num. 2086. Abbatissæ et Conventui de Monte-Marciano ordinis Sanctæ Claræ Adurens. diœcesis; ut X^as ad summam annuam 50 librarum Morlanorum (de Morlas) ad decennium de manibus laicorum redimere possint, ad preces nobilis mulieris Margaritæ comitissæ Fuxensis, et vicecomitissæ Bearnii concedit. Dat. Aven. 2 Non. Febr. anno primo.

Num. 2803. Archiepiscopo Remensi et Parisiensi et Metensi episcopis commendat Moniales S. Damiani. Dat. Aven. Idib. Aprilis an. primo,

Num. 2872. Guillelmum ordinis S. Augustini Ecclesiæ Niciensi episcopum præficit post obitum Raymundi. Dat. Aven. 8 Kal. Maii an. primo.

Eumdem commendat archiepiscopo Ebredunensi. Dat. ut supra.

Num. 2896. Monialibus de Gordonio ordinis S. Claræ Caturcensis diœcesis varia Summorum Pontificum privilegia refert et confirmat. Dat. Avenion. 4 Kal. Junii anno primo. — Item et eas commendat Petragoricensi, Agennensi et Lemovicensi episcopis. Dat. ut supra.

Ex registro anni secundi.

Ex prima parte anni secundi n. primo in appendice: « Dilectis filiis Guardiano vel ejus vicario ac conventui Fratrum Minorum Tolosæ. Scire vos facimus quod nos quædam bona mobilia bonæ memoriæ Arnaldi Pampilonensis episcopi quæ penes vos fuerunt ab olim per exsecutores testamenti dicti quondam episcopi in domo vestra deposita, quæve nuper mandavimus per vos ad cameram nostram mitti, eidem sunt cameræ per vestros nuntios assignata una cum litteris exsecutorum quorum sigillo munitis, ut prima facie apparebat super deposito prædicto confectis: super quo quidem deposito vos et ordinem vestrum in antea per quemvis impeti nolumus, veluti quos inde prorsus absolvimus et præsentium auctoritate quietamus.» Dat. Aven. Nonis Septembris anno secundo.

Num. 40. Magnifico viro Ubec imperatori Tartarorum; gratulatur quod Christianis faveat. Dat. Aven. 5 Kal. Aprilis anno secundo. — In idem effectum scribit episcopis Cracoviensi et Missenensi, ac duci

Cracoviensi. Dat. Aven. Kal. Maii anno secundo. — Item et nobilibus viris Henrico de Lypa, Petro de Monte Rosarum, Willelmo de Valdec, et aliis nobilibus per regnum Bohemiæ constitutis, hortaturque ut Christianis faveant. Dat. ut supra.

Num. 95. Cancellario Ecclesiæ Parisiensis; ut Petrum Aurioli ordinis Minorum ad doctoratum recipiat. Dat. Aven. 2 Idus Julii anno secundo.

Num. 143. Raynaldum de Sancta Arthemia canonicum Petragoricensem capellanum suum, rectorem ducatus Spoletani instituit. Dat. Aven. 4 Nonas Augusti anno secundo.

Num. 144. Guillelmum Costæ decanum Ecclesiæ Tullensis capellanum suum, patrimonii B. Petri in Tuscia rectorem instituit. Dat. ut supra.

Num. 145. Amelium præpositum monasterii Bellimontis Rutenensis diœcesis capellanum suum, Marchiæ Anconitanæ rectorem instituit. Dat. ut supra.

Num. 147. Pontium Augerii canonicum Barjolensem Forojuliensis et Hugonem Bonis de Arnaco Rutenensis diœcesis, Sedis Apostolicæ nuncios instituit, ut bona hæreticorum in variis provinciis Italiæ ab inquisitoribus Cameræ Apostolicæ assignata, etc. Dat. Aven. 4 Nonas Augusti anno secundo.

Num. 381. Patriarchis, archiepiscopis et episcopis ut Valdenses hæreticos insequantur. Dat. Aven. 10 Kal. Februarii anno secundo. — Ex parte quarta anni primi n. 3233. « Dilecto filio Fratri Joanni Vies ord. Minorum pœnitentiario nostro salutem, ob dilectionis plenitudinem et benevolentiæ specialis affectum, quos ad charissimum in Christo Filium nostrum Philippum Franciæ et Navarræ regem illustrem gerimus et habemus, volentes personam, qui suis et charissimæ in Christo filiæ nostræ Joannæ Franciæ et Navarræ reginæ illustris consortis insistis obsequiis, prærogativæ prosequi gratiæ specialis, te in nostrum pœnitentiarium recepimus gratiose tibi, quod juxta beneplacitum eorum regis vel reginæ cujus nosceris specialis esse Confessor possis in ipsorum servitio commorari auctoritate præsentium duximus concedendum. » Dat. Aven. 2 Idus Julii anno primo.

Num. 4197. Joannæ reginæ Franciæ et Navarræ illustri, ut monasteria monialium inclusarum et specialiter Carthusiensium ingredi possit. Dat. Aven. Idib. Augusti anno primo. — Ex secunda parte anni secundi, num. 1042, Joannæ reginæ Franciæ et Navarræ, ut quemdam e Fratribus Minorum testamenti sui exsecutorem instituere possit. Dat. Aven. 17 Kal. Aprilis anno secundo.

Num. 2151. Nobili viro Joanni comiti Namuriensi et nobili mulieri Mariæ de Artesio ejus uxori, ut monasteria monialium ingredi possint. Dat. Aven. 2 Nonas Aprilis anno secundo.

Num. 2254. Joannæ de Haricuria nobili mulieri Ebroicensis diœcesis, ut monasterium de Longo-Campo juxta Parisius ingredi possit ad visitandum Margaritam et Joannam de Brabantio germanas suas ibidem moniales. Dat. Aven. 14 Kal. Junii anno secundo.

Ex registro anni tertii.

Num. 232. Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in regno Franciæ per Sedem Apostolicam deputatis, quomodo in officio se gerere debeant. Dat. Aven. 4 Nonas Novembris anno tertio.

Num. 295. Provinciali Fratrum Minorum Franciæ, ut cum Blancha filia Philippi regis Franciæ, et Joannæ reginæ, moniali in Longo-Campo in omnibus quæ de substantia dicti ordinis non erunt, dispensare possit. Dat. Aven. 6 Nonas Februarii anno tertio.

Num. 450. Nobili mulieri Margaritæ comitissæ de Claromonte Anglonensis diœcesis; ut in castro Senesii Anglonensis diœcesis in quo quondam Hugo comes Claromontis frater ipsius interfectus fuit, conventum Fratrum Minorum construere possit. Dat. Aven. 14 Kal. Aprilis anno tertio.

Num. 555. Joannæ reginæ Franciæ et Navarræ rescripta varia, ut Fratres Minores testamenti exsecutores instituere possit, Blancham filiam monialem facere in Longo-Campo, cum ipsa dispensare, etc. Dat. Aven. 6 Kal. Aprilis anno tertio.

Num. 559. Nobilibus mulieribus Mathildi comitissæ Atrebatensis aviæ, et Joannæ ducissæ Burgundiæ sorori, ut Blancham monialem in Longo-Campo neptim et sororem visitare possint. Dat. Aven. 6 Kal. Aprilis anno tertio.

Num. 866. Archiepisc. Tolosano et Apamiensi et S. Papuli episcopis, ut insequantur Fratrem Bernardum delitiosi ordinis Minorum, qui Benedictum Papam XI veneno necaverat, et alia crimina patraverat, et capi faciant. Dat. Aven. 17 Kal. Augusti anno tertio.

Num. 1559. Abbatissæ et conventui monialium S. Claræ de Monte Martiano Adurensis diœcesis a Gastone vicecomite Bearnii, et Martha ejus uxore conditi, ut quasdam terras commutare possint. Dat. Aven. 2 Nonas Februarii anno tertio.

Ex registro anni quarti.

Num. 135. Blanchæ Philippi regis Franciæ filiæ moniali in Longo-Campo, ut duas mulieres sæculares honestas, item capellanum, et unum medicum, item et confessorem intra claustra habere possit. Dat. Avenione Idibus Januarii anno quarto.

Num. 751. Archiepiscopo Bisuntinensi, ut fratres et sorores de pœnitentia insequatur et puniat. Dat. Aven. 14 Kal. Maii anno quarto.

Ex registro anni quinti.

Num. 87. Patriarchis, archiepiscopis et episcopis, etc. Notum facit Hisnardum quondam patriarcham Antiochenum et administratorem Ecclesiæ Papiensis, a se fuisse

depositum, et ab omni sacerdotali et clericali officio privatum fuisse, ut eum capi faciant et ad se deduci. Datum Aven. 12 Kal. Decemb. anno quinto.

Num. 180. Episcopo Tolonensi ut beguinas insequatur et castiget, eas vero quæ in castro de Arcis, et loco de Robodo a Sanc'ia regina Siciliæ stabilitæ sunt, protegat et inquirat. Dat. Aven. 10 Kal. Decembris anno quinto.

Num. 276. Raymundum Vigintimilliensi Ecclesiæ præficit per obitum Othonis. Dat. Aven. 6 Kal. Decembris an. quinto.

Num. 287. Episcopo Cameracensi, ut super vita et moribus beguinarum inquirat. Dat. Avenione 2 Kal. Januarii anno quinto. Idem scribit episcopo Tornacensi et Parisiensi.

Num. 477. Isabellæ natæ Philippi regis Franciæ, ut monasterium monialium de Longo-Campo ingredi possit. Dat. Aven. Idib. Decemb. anno quinto. — Idem concedit et Margaritæ natæ Philippi regis Francorum.

Num. 647. Petrum præficit Ecclesiæ Aquensi vacanti per assumptionem Petri archiepiscopi Aquensis ad cardinalatum tituli S. Pudentianæ. Dat. Aven. 3 Kal. Martii anno quinto. — Eidem pallium mittit. Dat. Aven. 12 Kal. Julii anno quinto.

Ex registro anni sexti.

Num. 23. Georgio regi Georgianorum ejusque baronibus; ut Fratribus Minoribus a Sede Apostolica deputatis faveant. Dat. Aven. Idibus Octob. anno sexto.

Num. 24. Fratribus Minoribus in terras Sarracenorum, paganorum, Græcorum, etc. proficiscentibus; quomodo se gerere debeant perscribit. Dat. Aven. 10 Kal. Novemb. anno sexto.

Num. 25. Zachariæ archiepiscopo S. Thadæi et Fratribus Prædicatoribus ac Minoribus in imperio Tartarorum commorantibus quomodo se gerere debeant. Dat. Aven. Idibus Octob. anno sexto.

Num. 34. Magnifico viro Mussayd imperatori Tartarorum; ut Christianis faveat. Dat. Aven. 10 Kal. Decemb. anno sexto. Varia item rescripta populo Armenorum, et in imperio Tartarorum constitutis. Dat. Aven. ut supra.

Num. 41. Valentinensi et Vivariensi episcopis, ut insequantur eos qui quosdam Fratres ord. Minorum inquisitionis hæreticæ pravitatis male tractaverant insudantes, et occiderant. Dat. Aven. 2 Kal. Decembris anno sexto.

Num. 52. Archiepiscopis Narbonensi, Tolosano, Auxitanensi et cæteris, ut Fratres tertii ord. Franciscanorum de variis calumniis illatis conquerentes audiant et referant. Dat. Aven. 14 Kal. Martii anno sexto.

Num. 56. Zachariæ archiepiscopo S. Thadæi in imperio Tartarorum, hortatur ad perseverantiam et dat monita salutaria pro regimine populi. Dat. Aven.

Num. 72. Nobili mulieri Mathildi comitissæ Atrebatensi, Burgundiæ, palatinæ et dominæ de Salinis, ut monasterium Monialium S. Claræ in villa de S. Odomaro Morinensis diœcesis ingredi possit. Dat. Aven. Idib. Octob. anno sexto.

Num. 497. Nobilissimo Abustano nato claræ memoriæ Cotogani regis in partibus Tartariæ, congaudet quod Christianus factus sit, et ut fidem catholicam promoveat, hortatur. Dat. Aven. 2 Kal. Martii anno sexto.

Num. 878. Carolo regi Franciæ et Navarræ, ut monasterium monialium ingredi possit. Dat. Aven. 5 Nonas Julii anno sexto

Num. 942. Joannem Ecclesiæ Lodovensi præficit per translationem Jacobi in archiepiscopum Aquensem. Dat. Aven. 7 Idus Julii anno sexto.

Num. 944. Joanni episcopo Trecorensi olim ordinis Minorum licentiam testamenti concedit. Dat. Aven. Idib. Maii anno sexto.

Num. 1029. Bernardum præficit Ecclesiæ Corisopitensi vacanti per obitum Thomæ. Dat. Aven. 14 Kal. Augusti anno sexto. — Hunc commendat archiepiscopo Turonensi, et Joanni duci Britanniæ. Dat. ut supra.

Num. 1189. Archiepiscopis et episcopis, ut insequantur et castigent Fratricellos, seu Fratres de paupertate, et Bizochos, seu Bichinos viros pestiferos. Dat. Aven. Kal Augusti anno sexto.

Ex libro litterarum secretarum an. sexto et septimo.

Fol. 86. Michaeli archiepiscopo Armenorum tristatur de apostasia Thadei, et ad perseverantiam et observantiam Canonum hortatur. Dat. Aven. 12 Kal. Augusti anno sexto. — Idem scribit Stephano episcopo Saraicensi. — Item et populo Armenorum. — Item et Thomæ archiepiscopo Mamestrensi, Hieronymo episcopo Caphensi, et Januensibus in dicta diœcesi constitutis. — Item et magnifico viro Han Boisser imperatori Tartarorum. Dat. Aven. 3 Nonas Junii anno sexto.

Fol. 105. Duci Venetiarum, ut Carolum de Recanato hæreticum castigari procuret. Dat. Aven. 10 Kal. Julii an. sexto.

Fol. 123. Raynaldo de S. Arthemia rectori ducatus Spoletani conqueritur quod in civitate Spoletana susceptus fuerit Fredericus olim comes de Monte Feretro S. R. E. rebellis. Dat. Aven. 10 Kal. Januarii anno sexto.

Fol. 145. Episcopo Ferrariensi, ut Raynaldum et Opisonem fratres filios nobilis viri Hildebrandini marchionis Estensis S. R. E. rebelles hortetur ad unitatem Ecclesiæ redire, et redeuntes suscipere. Dat. Aven. ut supra. — Varia item super eodem rescripta.

Fol. 146. Duci, consilio et communi Venetiarum conqueritur de Matthæo vice-comite Mediolani Ecclesiæ Rom. rebelli, perfido et depopulatore. — Item et de Galea-

tio, Marco et aliis ejusd. Matthei filiis fidei catholicæ corruptoribus, contra quos quid agendum sit per Paulinum ord. Minorum pœnitentiarium suum mittit. Dat. Aven. 7 Kal. Martii anno sexto. — Varia item super eod. negotio rescripta. Hos excommunicandos tandem denuntiat archiepiscopo Mediolanensi, et aliis.

Ex registro anni septimi.

Fol. 204. Nobili mulieri Alienordi de Monte Forti comitissæ Vindocinensi; hortatur ad pacem cum nobilibus viris Petro Raymundi, et Guidone de Convenis nepotibus suis. — Item et dictos nobiles viros hortatur ad pacem. Dat. Aven. 17 Kal. Septemb. anno septimo.

Fol. 270. Varia circa petitiones regis Franciæ pro passagio ultra Marino, et rescripta data super hoc patriarchæ Jerosolymitano, A. episcopo Paphensi, regi, Cypri, Geraldo de Pinibus; Magistri ord. S. Joannis Jerosolymitani locum tenenti, Leoni regi Armeniæ; potestati, capitaneo et antianis ac communi Januensibus, Petro in patriarcham Jerosolymorum electo. Dat. Aven. mensibus Aprili et Maio anno septimo.

Fol. 186. Valentiniensi et Vivariensi episcopis, ut acrius in hæreticos hujus provinciæ agant. Dat. Aven. 15 Kal. Decembris anno septimo.

Fol. 790. Cancellario Parisiensi, ut Fratri Francisco de Mayronis de signa ordinis Minorum baccalaureo licentiam legendi et docendi conferat. Dat. Aven. 9 Kal. Junii anno septimo.

Ex registro anni octavi.

Fol. 90. Episcopo Paphensi plura scribit pro meliori regimine Ecclesiæ Armeniæ. Dat. Aven. 5 Idus Augusti anno octavo.

Fol. 121. Zachariæ archiepiscopo S. Thadei, congaudet quod in imperio Tartarorum Christi fides augeatur. Dat. Aven. 10 Kal. Decembris anno octavo. — Item Jacobo et Petro de ordine Minorum et per ipsos ad Tartaros pro pace et religione servanda. Dat. ut supra.

Fol. 275. Philippo comiti Ebroicensi; ut monasteria monialium ingredi possit. Dat. Aven. 5 Kal. Januarii anno octavo.

Fol. 425. Joannæ natæ quondam Ludovici comitis Ebroicensis idem. Dat. Aven. 4 Idus Januarii anno octavo.

Fol. 485. Henrico domino de Soliaco, ut monasterium monialium de Longo-Campo ingredi possit. Dat. Aven. 4 Nonas Januarii anno octavo.

Fol. 632. Mathildæ comitissæ Atrebatensi; ut monasterium monialium S. Claræ de S. Odomaro a genitore suo fundatum ingredi possit. Dat. Aven. 8 Idus Januarii anno octavo.

Fol. 746. Nobili mulieri Mariæ natæ Caroli comitis Valesii, ut in monasteria monialium ingredi possit. Dat. Aven. 5 Idus Martii anno octavo.

Fol. 1628. Nobili mulieri Mathildæ comitissæ Burgundiæ; ut monasterium monialium S. Claræ juxta Sanctum Odomarum ab antecessoribus suis fundatum ingredi possit. Dat. Aven. 12 Kal. Septembris anno octavo.

Fol. 1779. Bernardum præficit Ecclesiæ Nemausensi per obitum Bernardi in partibus Lombardiæ defuncti. Dat. Aven. 10 Kal. Septembris anno octavo, pro quo scribit Carolo regi Franciæ et Navarræ. Dat. ut supra.

Fol. 1850. Abbati Flaviacensi diœcesis Belvacensis; ut corpora defunctorum Joannis de Tria militis in Prædicatorum, et Margaritæ ipsius conjugis in Minorum ecclesiis sepulta ad monasterium de Gomerfontaine ordinis Cisterc. Rothomagensis diœcesis transferri et in eo sepeliri procuret. Dat. Aven. 13 Kal. Julii anno octavo.

Fol. 1947. Abbatissæ et conventui monialium S. Claræ extra muros Lectorenses; ut in ecclesia sepelire possint corpora fidelium, ut a decimis eximantur, etc. Dat. Aven. Kalendis Septembris anno octavo.

Ex registro anni noni.

Num. 1342. Episcopo S. Flori; ut nobili mulieri Isabellæ de Ruthena vicecomitissæ Carlatensis diœcesis S. Flori, opem ferat pro condendo monasterio monialium S. Claræ in loco Boysseto. Dat. Aven. 6 Nonas Martii anno nono.

Ex tomo secretorum an. nono et decimo.

Num. 141. Galberto archiepiscopo Bituricensi, camerario suo, ut cognoscat de electione Berengariæ de Corvo in abbatissam monasterii S. Claræ Avenionensis post obitum Alasiæ de Salvado nuper abbatissæ defunctæ. Dat. Aven. 3 Idus Aprilis anno nono.

Num. 177. Amelio abbati monasterii S. Saturnini Tolosæ, capellano suo rectori Marchiæ Anconitanæ; ut inquirat contra quosdam Fratres Minores qui se privilegium Sedis Apostolicæ habere dicebant recipiendi indistincte legata et male ablata. Dat. Aven. Kalendis Augusti anno nono.

Fol. 191. Guillelmo archiepiscopo Bituricensi, ut inquirat contra quosdam Fratres Minores Exolduni diœcesis Bituricensis commorantes qui in festo translationis B. Nicolai cum mitra, baculo pastorali, et aliis pontificalibus insigniis missam conventualem celebraverant, et ex illis unus cardinalem se a Summo pontifice factum jactaverat. Dat. Aven. Kal. Junii anno decimo. — Aliud item eidem super eodem negotio. Dat. Aven. 3 Nonas Septembris anno decimo.

Fol. 1796. Nobili viro Petro de Via domino Calvineti S. Flori diœcesis, ut monasterium monialium in loco de Granceyraco diœcesis Ruthenensis ædificare et dotare possit. Dat. Aven. 12 Kal. Julii anno decimo.

Num. 2466. Priori Prædicatorum de Argento

et guardiano Minorum Sagientium, ut inquirant super pravis moribus et malo regimine Gaufridi abbatis monasterii S. Petri super Divam ordinis S. Benedicti. Dat. Aven. 8 Kal. Septemb. ann. dec.

Tomo I anni undecimi.

Fol. 3. Episcopo Elnensi, ut inquirat super vita et moribus ac fide Fratris Guillelmi Nigri ordinis Minorum qui proponens populo verbum Dei dixerat quod Redemptor noster J.-C. nihil in proprio nec in communi habuit, nec etiam ejus discipuli habuerunt. Dat. Aven. 6 Idus Octobris anno undecimo.

Num. 32. Carolo Hungariæ regi gratulatur quod hæreticos insequatur. Varia item super hoc rescripta archiepiscopis Strigoniensi, Colossensi, et aliis ejusdem regni. Dat. Aven. Kalendis Julii ann. undec.

Num. 1042. Venerabili Fratri Bernardo ordinis Minorum episcopo Nemausensi dat licentiam testandi. Dat. Aven. Kal. Martii anno undecimo.

Num. 1075. Episcopo Ruthenensi, ut monasterium, seu locum Fratrum quondam ordinis de sacco, seu de pœnitentia de Amiliano concedat monialibus Sanctæ Claræ ejusdem loci. Dat. Aven. Kal. Martii anno undecimo.

Num. 1108. Officiali Burdegalensi, ut pacem faciat inter rectores Ecclesiarum Burdegalensium, et Fratres Minores ejusdem loci. Dat. Aven. 10 Kal. Febr. anno undecimo.

Num. 1276. Episcopo Cabilonensi, ut nobilem mulierem Margaritam dominam de Sancta Cruce Lugdunensis diœcesis, in fundando monasterio monialium Sanctæ Claræ ibidem adjuvet. Dat. Aven. 10 Kal. Apr. ann. undecimo.

Ex libris secretorum anno undecimo et duodecimo.

Varia rescripta super Michaele de Cesena et Guillelmo Okam. Dat. Aven. 5 Kal. Junii anno duodecimo, etc.

Fol. 197. Regi Franciæ commendat ordinem Fratrum Minorum et ipsius Ministros. Dat. Aven. 5 Idus Junii ann. duodecimo.

Fol. 199. Philippo regi Franciæ fuse scribit de Michaele de Cesena, et pro Ordine Fratrum Minorum, quem sincere diligit. — Idem scribit Joannæ reginæ Franciæ num. 200 et 201. Dat. Aven. 3 Kal. Augusti anno duodecimo.

Ex registro anni duodecimi.

Num. 359. Margaritæ ducissæ Bavariæ ad preces Elisabeth reginæ Bohemiæ matris suæ dat licentiam ingredi monasteria monialium Sanctæ Claræ. Dat. Aven. 5 Idus Octob. anno duodecimo.

Num. 413. Abbatissæ et conventui monialium Sanctæ Claræ Sistaricensis ordinis S. Damiani dat exemptionem a decimis solvendis, aliisque exactionibus vel collectis, etc. Dat. Aven. 10 Kal. Januarii anno duodec.

Num. 1650. Stephano Cholardi sacristæ Lodovens. et priori Prædicatorum ac guardiano Minorum, ut inquirant super vita et regimine Petri abbatis monasterii S. Jacobi Biterrensis ordinis S. August. de incontinentia et dilapidatione bonorum accusati. Dat. Aven. 10 Kal. Aprilis anno duodecimo.

Num. 1962. Philippo regi Franciæ, ut monasteria monialium cujuscunque ord. cum tribus Fratribus Prædicatoribus et Minoribus ingredi possit. Dat. Aven. 8 Kal. Junii anno duodecimo.

Num. 2208. Archiepiscopo Burdegalensi; conqueritur quod non permittat Fratribus Prædicatoribus et Minoribus proponere verbum Dei. Dat. Aven. 4 Kal. Julii anno duodecimo.

Num. 2801. Abbatissam et conventum monasterii Sanctæ Claræ Nemausens. de vita sanctitate laudat, eisque privilegia concessa monasterio Sanctæ Claræ Avenionensi, concedit. Dat. Aven. Kal. Sept. an. duodecimo.

Num. 3408. Prioribus S. Orientii et de Pardiaco Auxitanæ diœcesis, ut Fratribus Minoribus conventus de Miranda a nobili quadam Martha Bernardi comitis Astariaci conjuge fundatis faveant. Dat. Aven. 8 Kal. Junii anno duodecimo.

Ex registro anni tredecimi.

Num. 94. Ecclesiæ Venciensi præficit Raymundum per translationem Fulconis ad Tolonensem. Dat. Aven. 8. Idus Novemb. ann. tredecimo.

Num. 235. Willelmo Longæ et Ulinesi archidiaconis, et cancellario Ecclesiæ Tolosanæ; ut mendicantes decretalem, super cathedram, observare cogant. Dat. Aven. 3 Kal. Novemb. ann. tredec.

Num. 261. Idem scribit archiepiscopo Viennensi, et Cabilonensi et Bellicensi episcopis. Dat. Aven. 8, Idus Novemb. ann. tredec.

Num. 272. Nicolao Ajacensi, catholico Armenorum Leoni regi Armeniæ varia scribit pro bono regimine Ecclesiæ in Armenia. Dat. Aven. 16. Kal. Novemb. ann. tredec.

Num. 1653. Elizabeth comitissæ Juliacensi, ut monasteria monialium diœcesis Coloniensis ingredi possit. — Idem concedit Ricardæ ducissæ Bavariæ. — Idem Joannæ comitissæ Juliacensi. Dat. Aven. 9. Kal. Feb. ann. tredec.

Num. 2943. Ut nobilem virum Guillelmum de Fargis Domicellum Vasatensis diœcesis, ut a voto quod emiserat, matre ipsius gravi ægritudine laborante B. Jacobi limina visitandi, Guardianus Fratrum Minorum de Marmanda absolvere possit, propter inimicitias capitales quas dictus Guillelmus habet, dummodo ad dictum locum S. Jacobi tantum pecuniæ mittat, quantum expendere coactus fuisset in itinere. Dat. Aven. Kal. Septemb. anno tredec.

Num. 3078. Universis Christianis in imperio

Persidis constitutis; quos hortatur ad pacem et charitatem. Dat. Aven. 12 Kal. Sept. anno. tredec.

Num. 3084. Idem scribit Christianis in Indiis constitutis.

Num. 3183. Idem scribit Christianis in imperio Elgigadai et in minori India constitutis. Dat. ut supra.

Ex libro secretorum anni tredecimi.

Fol. 33. Fulconi de Popia thesaurario Ecclesiæ Andegavensis, et rectori Marchiæ Anconitanæ, conqueritur de Ludovico de Bavaria, et Petro de Corbaria, et ut eos eorumque fautores insequantur præcipit. Dat. Aven. 13 Kal. Febr. anno tredec. — Varia eidem super eodem negotio rescripta, et aliis, videlicet archiepiscopo Coloniensi, Bertholdo electo Argentinensi, Radulpho juniori comiti de Baden, Roberto comiti palatino Rheni, duci Bavariæ, Ulrico comiti de Wirtemberg, Gerlaco et Henrico comitibus de Nassau. Dat. Aven. 15 Kal. Junii anno tredec.

Fol. 118. Joannæ reginæ Franciæ. « Nuper quemdam processum habitum coram venerabili Fratre nostro Joanne episcopo Reatino, auctoritate ordinaria cognoscente super matrimonio illius schismatici et hæresiarchæ Petri de Corbaria, et cujusdam mulieris eumdem Petrum in suum maritum legitimum vendicantis, per dilectum filium Magistrum Joannem Aufurre cantorem Constantiensem ad partes Franciæ duximus destinandum : nunc autem missa nobis definitiva sententia per dominum episcopum super eodem matrimonio permulgata, illam sub sigillis authenticis dilecto filio nobili viro Bertrando de Mier familiari nostro mittimus suæ celsitudini, si audire seriem dictæ sententiæ volueris exhibendam. » Dat. Aven. 16 Kal. Aprilis anno tredec. — Idem scribit R. de Atrebato comiti Bellimontis.— Idem Carolo comiti Alenconii, ac regi Franciæ.

Fol. 123. Episcopo Parisiensi et universitati magistrorum studii Parisiensis : « Litteras quasdam clausas vobis directas janius Parisius affixas Ecclesiæ his diebus quas nobis Nuntius vester una cum litteris vestris aliis devotis similiter præsentavit, benigne recepimus, devotionem et fidelitatem quas ad nos et sanctam Rom. Ecclesiam vos in præsenti ostendistis gerere plurimum, in Domino commendantes, scientes quod præfatæ litteræ nobis directæ erant cujusd. Fratris Minorum fatui, qui se vocat Gerardum Rostagni de Janua prophetam, illius Michaelis de Cesena hæretici et schismatici sequacis et fautoris, cuique in fuga quam fecit de loco curiæ nostræ abfuit, sicut ipse fatetur in eisdem litteris auxiliis et conciliis opportunis. » Dat. Aven. 3 Idus Julii anno tredec. — Idem scribit Gerardo de Capinulo cantori Parisiensi.

Fol. 124. Joannæ reginæ Franciæ; asserit quod diligat ordinem fratrum Minorum, nec ei nocebit, sed de Petro de Corbaria et Michaele de Cesena fuse conqueritur, et quæ contra se egerunt, refert. Dat. Aven. 3 Nonas Maii ann. tredec.

Fol. 125. Idem scribit definitoribus capituli generalis ordinis Fratrum Minorum, et cæteris Fratribus Parisius in Capitulo generali congregatis. Dat. Aven. 8 Kal. Junii ann. tredec. — Item et regi Angliæ et Isabellæ reginæ Angliæ. Dat. Aven. 9 Kal. Sept. ann. tredec. — Item Gundisalvo archiepiscopo Braccarensi, Petro archiepiscopo Cæsar-Augustano, Joanni patriarchæ Alexandrino, Alphonso regi Arragonum. Dat. ut supra.

Fol. 176. Philippus de Majoricis, thesaurarius B. Martini Turonensis, pro se et sui propositi sociis supplicat Papæ ut possint vovere et observare ad litteram regulam S. Francisci. Dat. ut supra.

Ex registro anni quarti decimi.

Num. 335. Regi Rasciæ, regi Getilicensi Georgianæ, regi Choraticensi, principi Solagai, Getilicensi et aliis, Christianos et Fratres Minores commendat. Dat. Aven. Kal. Decemb. ann. decimo quarto.

Num. 816. Nobili viro domino Nastarinorum, episcopum Columbensem, et Christianos commendat. Dat. Aven. 6 Idus Aprilis anno decimo quarto.

Num. 949. Idem scribit Christianis commorantibus in Molephatam. Dat. Aven. 2 Kal. Aprilis anno decimo quarto.

Ex libro secretorum anni decimi quarti.

Fol. 1. Communi, universitati ac populo urbis gratulatur quod Petrum de Corbaria dereliquerint, ignoscit præterita, pacem cum ipsis facit sub variis conditionibus. — Prima, quod fidem Catholicam quam sancta Mater Ecclesia, tenet tenebunt. Secunda, quod ad imperatorem nequaquam pertinet, Papam deponere et alium ordinare. — Tertia, quod electio Papæ ad clerum urbis non pertinet, sed ad Collegium cardinalium, etc. Dat. Aven. 15 Kal. Martii. anno decimo quarto.

Fol. 3. Aliud item instrumentum pacis inter Papam et Romanos et inter Joannem S. Theodori cardinalem ex una parte, et nobiles viros Jacobum de Sabello et Theobaldum de S. Eustachio cives Romanos ex altera, procuratores sub variis conditionibus fuse expressis. Dat. Aven. 3 Idus Octob. anno decimo quarto. — Varia item super reductione Fratris Petri de Corbaria.

Fol. 64. Marsoriano Jacobitarum scribit ut Christianis faveat et pacem ac pietatem in ipsis promoveat. Dat. Aven. 10 Kal. Feb. anno decimo quarto.

Fol. 796. Arnaldum præficit Ecclesiæ Sarlatensi vacanti per obitum Bertrandi in civitate Nemausensi defuncti. Dat. Aven. 5 Kal. Jul. anno decimo quarto.

Num. 3281. Bertrando episcopo Tusculano dat licentiam testandi, licet in ordine Minorum professo. Dat. Aven. Ibid. Aug. anno decimo quarto.

Fol. 3292. Arnaldum e Salernitana Ecclesia transfert ad Sarlatensem. Dat. Aven. 4 Kal. Julii anno decimo quarto.

Ex registro anni decimi quinti.

Num. 759. Archiepiscopo Lugdunensi commendat nobilem mulierem Margaritam dominam de Sancta Cruce Lugdunensis diœcesis, et Monasterium monialium Sanctæ Claræ in civitate Cabilonensi ab ipsa fundatum. Dat. Aven. Kal. Martii anno decimo quinto.

Num. 1099. Narbonensi et Tolosano archiepiscopis commendat abbatissam et conventum Monialium Sanctæ Claræ de Altaripa diœcesis Tolosanæ, puritate vitæ fulgentium. Dat. Aven. Nonis Julii ann. decimo quinto.

Ex alia parte registri.

Fol. 627. Eudelinam de Parisius monialem monasterii S. Marcelli prope Parisius ordinis Sanctæ Claræ, non ex legitimo thoro, sed de claræ memoriæ Ludovico rege Francorum soluto et conjugata natam, dispensat super defectu natalium. Dat. Aven. 4 Idus April. anno decimo quinto.

Num. 632. Theobaldum abbatem monasterii Trenorchiensis Cabilonensis diœcesis, et abbatem de Dea Aniciensis diœcesis legatos mittit pro pace stabilienda inter Bernardum episcopum Aniciensem et capitulum ejusdem Ecclesiæ super jurisdictione, correctione et dominiis. Dat. Aven. Nonis Decem. anno decimo quinto.

Ex libro secretorum.

Num. 4. Episcopo Parisiensi gratulatur quod hæreses Conradi de provincia Allemaniæ ordinis Minorum per constitutiones suas condemnaverat. Dat. Aven. 9 Kalend. Decemb. anno decimo quinto.

Num. 22. Eidem episcopo Parisiensi notum facit quod Petrus de Corbaria ab hæresi et schismate resipuit. Dat. Aven. 13 Kal. Octob. anno decimo quinto.— Idem scribit regibus Franciæ, Siciliæ, Arragonum, Castellæ, Portugalliæ, Hungariæ, Poloniæ, Majoricarum, Joannæ reginæ Franciæ. Dat. Aven. 8 Kal. Decemb. anno decimo quinto.

Fol. 25. Hugoni episcopo Parisiensi gratulatur super conversione Petri de Corbaria, et gratias agit de iis quæ fecit tam contra ipsum Petrum de Corbaria, quam contra Conradum de Allemania. Dat. Aven. 9 Kal. Octob. anno decimo quinto.

Fol. 101. Petro Petri monacho monasterii S. Michaelis Discalceatorum prope Pisas ordinis S. Benedicti, qui post obitum Laurentii abbatis ejusd. monasterii se in abbatem ipsius institui et a Petro de Corbaria confirmari fecerat, absolvit a censuris et habilem reddit ad quascunque dignitates. Dat Aven. Nonis Decemb. an. decimo quinto.

Num. 136. Theodorum marchionem Montis-Ferrati hortatur ad pacem cum Roberto rege Siciliæ. — Idem scribit Philippo de Sabaudia, Manfredo marchioni Salutiarum, Manfredo marchioni de Carreto, et Jazolo marchioni de Carreto. Dat. Aven. 4. Kal. Decemb. anno decimo quinto.

Ex registro anni decimi sexti.

Fol. 286. Legato Tusciæ fuse scribit conditiones quibuscum pacem fecit cum Petro de Corbaria. Dat. Aven. 2 Nonas Septemb. anno decimo sexto. — Varia item rescripta super eodem negotio, et cum Mediolanensibus. Dat. Aven. 4 Nonas Junii anno decimo sexto.— Item et cum aliis civitatibus Italiæ.

Ex primo tomo litterarum communium anni decimi sexti

Num. 775. Luciæ Belli-prandii et Faini Dominæ, Lugdunensis diœcesis dat Licentiam fundandi monasterium monialium Sanctæ Claræ in loco de casalibus diœcesis Lugdunensis. Dat. Aven. 2 Nonas Martii anno decimo sexto.

Num. 829. Episcopo Gebennensi, ut abbatissam et conventum monialium Sanctæ Claræ de Camberiaco omni modo quo poterit, adjuvet. Dat. Aven. 4 Nonas Jan. ann. decimo sexto.

Ex tomo secundo litterarum communium anni decimi sexti.

Num. 1086. Guillelmum Astræ præficit Ecclesiæ Aptensi per translationem Bertrandi ad Bononiensem. Dat. Aven. 2 Idus Junii ann. decimo sexto.

Num. 1230. Abbati de Doe Aniciensis diœcesis, et Priori S. Petri ejusdem civitatis; ut pacem procurent inter Bernardum episcopum Aniciensem ex una parte, et capitulum, canonicos et clericos ejusdem Ecclesiæ ex altera. Dat. Aven. 8 Kal. Julii ann. decimo sexto.

Ex tomo tertio litterarum communium anni decimi sexti.

Num. 1309. Nobili mulieri Joannæ ducissæ Burgundiæ; ut Frater Joannes de Monte-Beuri ordinis Minorum Sacramenta Ecclesiastica ministrare valeat. Dat. Aven. 12 Octob. Kal. ann. decimo sexto.

Num. 1583. Episcopo Claromontensi; ut moniales inclusas ordinis Sanctæ Claræ civitatis Claromontensis eligere confessorem de ordine S. Benedicti non teneantur, nec ipsam regulam ejusd. sancti observare. Dat. Aven. 6 Kal. April. an. decimo sexto.

Ex registro secretorum anni decimi septimi, parte prima.

Fol. 81. Cancellario Ecclesiæ Parisiensis; commendat Fratrem Arnaldum de Claromonte ord. Minorum ad legendum libros sententiarum in futuris vacationibus. Dat. Aven. 6 Kal. April. ann. decimo septimo.

Fol. 114. Gualtero de Divione ordinis Fratrum Minorum, charissimæ in Christo filiæ nostræ Joannæ reginæ Franciæ confessori. « Credebamus quod venerabilis Frater noster P. archiepiscopus Rothomagen-

sis de multis auctoritatibus Scripturæ sacræ et sanctorum, quas ei assignavimus copiam charissimæ in Christo filiæ nostræ Joannæ reginæ Franciæ illustri, si placeret recipere, facere debuisset, quod factum, sicut ad nos pervenit, non exstitit, licet reginæ prædictæ gratum existeret, si impletum fuisset. Sane quia ipsa latinum non intelligit, tibi de cujus fidelitate et sapientia plenius confidimus, auctoritates prædictas assignare mandamus, quas cura studere cum diligentia et si qua tibi occurant dubia super illis cum devotis et fidelibus tui ordinis Fratribus conferre cura, et nobis si qua remaneant tibi dubia intimare, illasque reginæ præfatæ cum oportunum videris, quasi loco solatii recitare paulatim, quousque, si sibi placuerint, omnia sint completa. » Dat. Aven. 2 Idus Maii ann. decimo septimo.

Ex secunda parte anni decimi septimi seu anni decimi octavi.

Fol. 187. Regi Franciæ; hortatur ad pacem cum Eduardo Angliæ, et David Scotiæ regibus. Dat. Aven. 17 Kal. Octob. ann. decimo octavo.

Fol. 189. Arnaldum de Claromonte ordinis Fratrum Minorum præficit Ecclesiæ Tutelensi vacanti per obitum Arnaldi. Dat. Aven. Idibus Septemb. 7 ann. decimo octavo.

Fol. 192. Regi Franciæ respondet fuse super hoc quod prohibuerit inquisitoribus hæreticæ pravitatis proferre sententias contra mortuos. Dat. Aven. 6 Idus Martii ann. decimo octavo.

Fol. 209. Eduardum Angliæ ex una parte et David Scotiæ ex altera reges hortatur ad pacem, et pro hac quosdam nuntios mittit, videlicet Geraldum Othonis generalem Minorum, et Arnaldum de S. Michaële pœnitentiarium suum. Dat. Aven. Nonis sept. ann. decimo octavo. — Idem scribit Isabellæ reginæ Angliæ, Philippæ reginæ Scotiæ, Henrico de Bello-Monte comiti de Boulhai, David comiti Astellensi, nobilibus viris Henrico de Percii, Alexandro de Mombrai, Thomæ de Launach, Roberto de Ferreis, Richardo de Palhet, Joanni Nato Eduardi regis Angliæ, comiti Cornubiæ, et archiepiscopis et episcopis. Dat. ut supra.

Ex lib. primo litterarum de Curia an. decimi octavi.

Num. 181. Abbatissæ et conventui monialium Sanctæ Claræ Condomiensis varia privilegia concedit. Dat. Aven. 2 Kal. April. ann. decimo octavo.

Ex tomo secundo.

Num. 1247. Joannæ reginæ Navarræ; ut possit ingredi monasterium monialium de Longo-Campo Parisiensis diœcesis.

Num. 1249. Idem et Philippo regi Navarræ. Dat. Aven. 2 Nonas Septembris.

Ex registro anni decimi octavi.

Num. 4. Magno Cani regi Tartarorum Electum Cambaliensem et Chistianos commendat. Dat. Aven. Kal. Octobris anno decimo octavo.

Ex tomo primo

Num. 5. Socho de Chigista regi Corum, Nicolaum archiepiscopum Cambaliensem ordinis Fratrum Minorum et Christianos commendat. — Idem scribit cunctis regibus Tartarorum et Usbech in Gazaria imperanti. Dat. Aven. Kal. Octob. ann. decimo octavo.

Num. 304. Leoni regi Armeniæ, Nicolaum archiepiscopum Cambaliensem commendat. — Item et Jacobo catholico armenorum. Dat. Aven. 2 Kal. Novemb. ann. decimo octavo.

Ex tomo secundo.

Fol. 29. Arnaldum de Antisico præficit Ecclesiæ Vinciensi per translationem Raymundi ad Niciensem. Dat. Aven. 7 Id. Feb. ann. decimo octavo.

Ex registr. lib. anni decimi noni.

Num. 223. Bernardo de Piano sacristæ ecclesiæ Magalonensis capellano suo, et Marchiæ Anconitanæ rectori commendat Fratres Minores loci de Monte Sanctæ Mariæ Firmanæ diœcesis. Dat. Aven. 9 Nonas Octob. ann. decimo nono.

Ex registro Benedicti XII, anni primo. — Ex libro secretorum.

Fol. 135. Philippo regi Franciæ, prosperum statum gratulatur et certum facit quod Guarinus maleficus et quidam alius de ordine Minorum carceri et compedibus mancipati sunt ferreis, perpetuo peccata defleturi. Dat. Aven. 5 Kal. Decembris anno primo.

Ex libro primo litterarum communium.

Fol. 184. Varia privilegia concedit abbatissæ et conventui monasterii monialium de Montellis ordinis Sanctæ Claræ diœces. Bellovacensis a Philippo rege Franciæ, et Joanna ejus consorte regina fundati. Dat. Aven. 6 Kal. April. anno primo.

Ex libro secundo.

Num. 790. Monialibus Sanctæ Claræ Claromontensis super electione abbatissæ post obitum Catharinæ quæ a custode Fratrum Minorum provinciæ Arverniæ contra jus, ut pretendebat, abbatiali dignitate privata fuerat. Dat. apud Pontem Sorgiæ Avenionens. diœcesis 4 Nonas Augusti anno primo.

Ex registro anni secundi, libro primo.

Fol. 384. Nobili viro infanti Fernando de Majoricis. Absolvit a proposito, seu voto quod emiserat observandi ad litteram regulam S. Francisci, ut oppressionem cujusdam magistri, seu alterius militis quam ferre non poterat, evitaret. Dat. apud Pontem Sorgiæ Avenionensis Diœcesis, 12 Kal. Septemb. ann. secundo. Hujus propositi, seu voti infantis Fernandi fit mentio supra.

Ex libro secundo.

Num. 424. Eduardo regi Angliæ; ut cum Alexandro archiepiscopo Dublinensi licet excommunicato possit usque ad tres menses pro negotiis suis et regni participare. Dat. Aven. 2 Nonas Decemb. anno secundo.

Ex libro secretorum anni secundi.

Num. 346. Bertrando archiepiscopo Ebredunensi Sedis Apostolicæ nuntio in partibus Italiæ, ut inquisitores hæreticæ pravitatis mendicantes rectius se gerere in officiis suis cogat. Dat. Aven. Nonis Octob. anno secundo.

Ex registro anni tertii, tomo primo.

Num. 342. Ministro et definitoribus capituli generalis ordinis Minorum Cadurci celebrandi; ut fratres qui Michaëli de Cesena adhæserant, in ordinem et pacem recipere possint. Dat. Aven. 4 Idus Maii anno tertio.

Ex tomo secundo.

Num. 130. Episcopo Nannetensi, ut priori et Fratribus ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo monasterii Nannetensis a Theobaldo vicecomite Dongiorum fundati, et Guillelmo vicecomite, dicti vicecomitis filio, opem ferat, pacemque faciat cum ipsis carmelitanis, ac Fratribus Prædicatoribus, et Minoribus ejusd. civitatis. Dat. Aven. 2 Kal. Aprilis anno tertio.

Num. 494. Episcopo Ruthenensi, et abbatibus Galliaci ac Bonæ Columbæ; ut quasdam controversias inter clerum Ecclesiæ Albiensis motas super processionibus Rogationum et aliis, sopiant et finiant. dat. Aven. Kal. Januar. ann. tertio.

Ex libro secretorum anni tertii.

Num. 11. Bertrando archiepiscopo Ebredunensi; ut quosdam Fratres mendicantes inquisitores rectius agere in suis officiis cogat. Dat. Aven. 11 Kal. Februarii anno tertio.

Num. 86. « Charissimo in Christo filio Philippo regi Franciæ illustri præsentatas nobis serenitatis regiæ litteras per dilectum filium magistrum Reginaldum de Molinis clericum regium benigne recepimus, quarum serie, nec non supplicationibus dilectæ in Christo filiæ Blanchæ de Francia ordinis S. Claræ ab eodem clerico subsequenter nobis exhibitis, pro quarum exauditione quantum honeste cum Deo posset fieri prælectæ dirigebantur litteræ plenius intellectis, visum est nobis quod nos absque læsione conscientiæ nostræ non valeremus ea quæ petuntur, concedere, nec eadem Blanca eis si concederentur sine suæ salutis animæ periculo uti posset, essetque formidandum procul dubio quod in prædicti ordinis et aliorum perniciem redundaret, sicut eidem clerico ac nuntiis regiis in nostra constitutis præsentia seriosius explicandum duximus, et ipsi celsitudini regiæ, quæ nos excusatos quæsumus habeat, super hoc referre poterunt viva voce. » Dat. Aven. 5 Kal. Maii anno tertio.

Num. 159. Sacristæ Ecclesiæ Ebredunensis, et Guardiano Fratrum Minorum; ut castellanum de Rama Filium Joannis de Rama militis Ebredunensis diœcesis, administrationem hospitalis, seu eleemosynariæ pauperum de Caturicis dictæ diœcesis, ipsiusque bona dimittere cogant. Dat. Aven. Nonis Julii anno tertio.

Ex registro anni quarti et libro secretorum.

Num. 130. Philippo regi Franciæ scribit quod nuntii Majoris imperatoris Tartarorum et aliorum principum ad se venerint, et quid cogitet pro dilatatione fidei, quidve scripserint dicti principes mandat. Dat. Aven. 9 Kal. Julii an. quarto.

Num. 198. Super eodem negotio fuse scribit imperatori imperatorum omnium Tartarorum, Fodin Jovens principi Alanorum, Chiansam Torigi principi Alanorum, Chemboga Venti principi Alanorum, Chausi imperatori Tartarorum, Usbech imperatori Tartarorum quibus symbolum et articulos fidei dirigit. Dat. Aven. Idib. Junii anno quarto. — Item et patriarchis, archiepiscopis et episcopis. Ad hos principes nuntios dirigit quos commendat Roberto regi Siciliæ, Carolo regi Hungariæ et aliis. — Varia item super eod. negotio rescripta. Dat. Aven. 13 Kal. Julii an. quarto.

Ex tomo primo communium litterarum anni quarti.

Num. 242. Sanciæ reginæ Siciliæ, ut monasteria monialium ingredi possit, et ad preces Roberti regis Siciliæ duas secum sorores aut quatuor ordinis S. Claræ habere possit. Dat. Aven. 13 Kalendas Aprilis anno quarto.

Ex tomo secundo anni quarti.

Num. 26. Gotio patriarchæ Constant. et Raterio episcopo Vasionensi Sedis Apostolicæ nuntiis in regno Siciliæ; ut in prosecutione negotiorum sibi commissorum injungere possint prælatis et personis ordinum S. Benedicti Cisterciensis, S. Joannis Jerosolymitani, Prædicatorum, Minorum et aliorum, quod utile pro ipsorum negotiorum executione judicaverint. Dat. Aven. 2 Idus Julii anno quarto.

Ex libro secretorum anni quinti.

Num. 208. Fratribus Minoribus per regnum Hungariæ constitutis; ut Fratres ejusd. ordinis Hungaros et Sclavonos in studiis occupari et promoveri procurent. Dat. Aven. 3 Idus Junii anno quinto.

Ex libro litterarum communium anni quinti.

Num. 23. Pastorem ab Ecclesia Assisinatensi transfert ad Ebredunensem per assumptionem Bertrandi ad cardinalatum. Dat. Aven. 6 Kal. Feb. anno quinto.

Num. 63. Episcopo Magalonensi, ut nobili viro infanti Fernando de Majoricis Baroniæ Montis Pessulani Domino adsit in condendo monasterio monialium S. Claræ

in dicta civitate. Dat. Aven. 5 Idus Maii anno quinto.

Num. 71. Elisabeth reginæ Hungariæ ut monasteria monialium S. Claræ ingredi possit. Dat. Aven. 16 Kal. Februarii anno quinto.

Num. 116. Archiepiscopo Coloniensi, ut nobili viro Conrado de Marca Domino de Huerd, et Elisabeth de Clivo ejus uxori opem ferat pro condendo menasterio monialium S. Claræ in dicto loco de Huerd. Dat. Aven. 4 Kal. Martii anno quinto.

Ex libro secretorum anni sexti.

Num. 143. Roberto regi Siciliæ scribit quod non possit concedere petitionem Philippi de Majoricis super observatione regulæ S. Francisci ad litteram. Dat. Aven. 6 Idus Augusti anno sexto.

Num. 149. Usbech imperatori Tartarorum, Jaydolu imperatrici Tartariæ Aquilonaris fuse scribit pro dilatatione fidei in dictis regnis. Dat. Aven. 16 Kal. Septemb. anno sexto.

Ex libro litterarum communium anni sexti.

Num. 107. Archiepiscopo Strigoniensi ; ut Fratribus Minoribus faveat, et conventus ædificare in Hungaria permittat, maxime in villa de S. Cruce Agriensis diœcesis. Dat. Avenione 10 Kal. Aprilis anno sexto.

Ex registro anni septimi.

Num. 415. Guillelmum præficit Ecclesiæ Petragoricensi vacanti per obitum Raymundi. Dat. Aven. Kalendis Octobris anno septimo.

Ex libro secretorum.

Stromatum codices rarissimi omnium sunt, non diu est quod existimabant ex litteratis bene multi, vel ipsum codicem, ad cujus fidem edita primum Stromata fuere, amissum periisse. At Florentiæ reperi, Venetiisque excerpta istæc, quorum exempla item duo Romæ esse nuper accepi.

Codex membranaceus XI sæculi, Basilii Orationes quædam.

Codex membranaceus XI sæculi, Chrysostomi Homiliæ.— Alter ejusdem ætatis. — Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, et Scala Joannis Climaci, scripta anno mundi secundum Græcorum æram 6821, Christi 1313. — Historia Constantini Manassis, sæculo XIV. — Aristotelis codices bene multi De animalibus, Ethicorum ad Nicomachum, Politicorum, Œconomicorum, Magnorum moralium ad Eudemum, Mechanicorum, Problematum, Metaphysicorum. Alexandri Aphrodisiei Problematum. — Theophrasti De historia plantarum. — Ejusdem De causis plantarum. — Ejusdem Metaphysicorum —Etymologicon græcum XIV sæculi. — Hi codices Græci. Latini vero : Hieronymi in sacram Scripturam. Item Liber Epistolarum ejusdem.

Diploma in cortice scriptum octavi ineuntis, ut puto, sæculi, charactere Langobardico, supra fidem lectu difficili, corrosum ab extremitatibus et in medio a mure qui obvolutum Diploma deformavit pene totum. Est judicium Reate latum, ubi de tutela agitur. Partes quæ litigant, aut Gotthi, aut, quod verisimilius est, Langobardi sunt, judices vero Romani. Monumentum hoc ut per tempus licuit « exscripsi in *Diario Italico* . . . . quibus adfectionem . . . . patrona nos . . . . qui pridem memoratum superius Guduhul . . . . erunt in minore nos cunctos . . . . non potuit reperiri ne qualicumque . . . . eunt vel specialem tutorem in negotiis . . . . ratus fuerat a vestra fieri desiderat gravitate . . . . petitionem factam solenniter ad vestra laudabiliter ordinanda destinavit. Idcirco poscimus ut eandem petitionem jubeatis fieri et quæ sunt postulata legaliter ordinari. Horanius, Antonius et Volusianus, sed et cunctus ordo *dd*. Ex concurialibus Volusianus et Luminosus ad Gundihildiinsuis cujus offensio agitur et ad eos excurrant per quos Gundihilinsuis ad nos faciendi tutorem causa direxit, et misso propriæ voluntatis responso, significet. Cum Volusianus *adque* Luminosus ad Gundihilinsuis perrexissent paulo post reversi dd. Pergentes ad Gundihilinsuis. . . vestræ de . . . . . vestræ gravitatisque petitionem faciendi tutoris specialis; ad vos rem per suos direxisse propria voce signavit, et postulavit ut in ejus petitione seria continetur, Flavianum in designatis negotiis tutorem specialem filiis ipsius ordinetis. Horanius, Antonius, Volusianus et cunctus ordo dd. Quoniam voluntatem Gundihilinsuis faciendo . . . . speciali tutorem liberis ejus mun. . . . per Volusianum adque Luminosum nostros concuriales agnovimus ab actoribus me . . . . . . Gundihilinsuis oblata petitio suscipiatur et congrua lectione donetur, Nitiblius legit. Legali semper est remedio minoribus succurendum, quibus paterna solatia fata subducunt; ne proprio genitore privati, cum viduatæ matris non possit vis intercedere, propter ætatis *invicillitatem* illorum substantia vel eorum facultas occumbat. Ante dies istos non plurimos Guduhulsuis *meus* jugales fatorum sorte consumptus, duos mihi parvulos de communi matrimonio liberos dereliquit de quibus doloris stupore depressam tutelam minis. . . . . nec utilem . . . tutores. . . . ad suam reperire personam; et quia memoratus Gunduhulsuis in L . . . jugalis meus, in quibusdam negotiis ante non multum temporis quam decederet noscitur fuisse repulsatus : et eo defuncto calumniatores in orphanorum rebus vehementer insistunt, ne qualicunque desidia facultatibus orbatorum dispendium generetur ut iis non *indifensis* adversus insidias convalescant, elegi vel specialem tutorem, donec generalem matura deliberatione perquiram a vestræ gravitatis ordine postulare : Quapropter *hujus* seriæ petitionis, imploro vestram, *Reutehis* civitatis municipes, gravitatem, ut in causa . . . . qui mihi . . . dulci. . . . . . oriundus Guduhulis qui ante obitum suum a Badiud, sed et a Sosemud qui Faffo connominatur atque a Gunderit repulsatus fuisse *conoscitur* in diversis judiciis per auditionem narrationum si. . . . . . legitur esse conventus; Flavianum, quem fide comprobatum plurimis ad præsens potui reperire, sub legitima cautela specialem tutorem Leudasit atque Lundesit meis liberis adhuc minoribus utilius ordinetis, quatenus ejus peculiari cura, actores eorum bona non fraudibus, ut adsolet, aut quibuslibet subreptionibus retinere valeant et æquitatis ordinem terminari. Horanius, Antonius adque Volusianus, sed et cunctus ordo dd. Lectæ petitionis serie gesta. . . . . . pient tunc postulatis. Flavianus ad medium deducatur, et utrum libenter in designatis negotiis officium suscipiat voce propria fateatur. Cumque Flavianus fuisset ingressus, Horanius, Antonius adque Volusianus, sed et cunctus ordo dd. Gundihildiinsuis filiis suis specialem tutorem te in causis in quibus Gunduhulsuis in . . . . . . etus a Badiud in . . . vel a Sosemud connominato Faffone necnon a *Gunderit* pulsatos fuerat petit ordinari. Si specialem tutelam libenter adsumis, moderanter vel legaliter administrare oportet, et præsentibus confiteris. Flavianus ab. . . libenter in memoratis causis officium tutelæ suscipio et utiliter me sicut oportet administrare promitto. Horanius, Antonius, adque Volusianus, sed et cunctus ordo dd. Quoniam minorum nihil est utilitatibus denegandum, et in eorum designatis negotiis tum. . . . num desiderio professio vel sponso. . . . . specialem . . . . Adque. . . . . cc. pp. in causis in quibus Guduhulsuis a Badiud et a Sosemud connominato Faffone, vel a Gunderit fuerat repulsatus . . . . .

periturus funditus est codex si istic maneat. Characteres autem etsi vix legi possunt, evidenter Latini sunt, nam multoties occurrunt litteræ D. et R. quæ non habent eamdem in Græcis atque in Latinis formam. Quod ait autem nuperus quidam, se legisse vocem ΚΑΤΑ', is in prima littera hallucinatur; est quippe B, sic scriptum, uti solet in antiquis codicibus bene multis. Est igitur BATA, ex vocibus quæ frequenter occurrunt in Evangelio, ut IBAT AUTEM, nulla enim distinctio vocum est in hoc codice. Quod autem se vidisse putat litteram Δ Græcam, errat similiter, est enim A cujus transversa linea non comparet et clausum videtur inferius, quia duabus lineolis characteres inferne et superne clauduntur ut in scribendo rectius procederetur. Cum autem ait se in litteram Σ incidisse, haud felicius; nam similem nunquam vidi, accuratius licet inspexerim. Hæc de manu scripto cujus causa eruditorum turba diducitur in partes. Aiuntque vulgo autographum esse S. Marci. Nullum sane codicem me vidisse memini, qui majorem isto antiquitatis speciem præferat. Quod autem Latine scriptus sit codex, in controversiam vocari nequit ex historia quam attuli in *Diario Italico*, p. 56. »

specialem te tetulam decernimus ministrare, cui ut *legitima* firmetur, in jungo fidejussorem de tuæ administrationis integritate, sicut legalia constituta sunt præbere idoneum non desistas, cujus ope minorum possit utilius substantia ministrari; Flavianus . . . . azel. . . nullus poterit præbere . . . . ideo quia specialem tutelam libenter adsumo, Liberatum de administratione mea fidejussorem vestræ præbeo gravitati. Horanius, Antonius adque Volusianus, sed et cunctus ordo dd. Nuncupatus a Flaviano fidejussor nostris *optutibus* præsentetur, Liberatus. . . sontus. Horanius, Antonius adque Volusianus, sed cunctus ordo dd. . . . . . . Flavianus in concilio nos deduxit. Liberatus. Utpote qui specialis tutor a Gundihilinsuis filiis ejus postulatus est in causis in quibus pater eorum a Badiud vel a Sosemud qui Faffo connominatur, sed et a Gunderit pulsatus fuerat, ego fidejussor accedam. Horanius, Antonius adque Volusianus, sed et cunctus ordo dd. Libenter hujus tutelam fidejussor accedis. Liberatus. Adque libenter et prona voluntate. Flavianus memoratus speciali tute'a fidejussor accedo. Horanius adque Antonius et Volusianus dd. Et *obl'gatis* rebus tuis omnibus quas *habis* et habere potueris, cum tuo actu et adnisu integre sine f aude, vel dolo minorum negotia spondis administrare. Liberatus. Et oblegatis rebus meis omnibus quas habeo habiturusve sum, Flavianum nuncupatum specialem tutorem minorum utiliter et integre sine quali unque dolo vel fraude moderanter et fideliter spondeo ministrare. Horanius, Antonius, et Volusianus, vel cunctus ordo dd. Quoniam in designatis negotiis Flavianus a Gundihildiinsuis fidelis ejus specialis tutor petitus, per interventum fidejussoris est ex optima ratione firmatus; quid amplius a Istantes fieri desideratis nisi solum . . . . . fidejussor ejus. . . . gravitate vestra ut susceptæ tatelæ fidem facere valeamus, gestorum nobis editionem jubeat solemniter celebrari. Horanius, Antonius et Volusianus, vel cunctus ordo dd. Gesta vobis ut mos est competenter edantur.

Ego Horanius unus curialis civitatis Reatehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Antonius alius curialis civitatis Reatehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Volusianus alius curialis civitatis Reatehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Decoratus alius curialis civitatis Reatehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Maximus alius curialis civitatis Reatehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Vigilius alius curialis civitatis Reatehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Flavianus his exemplaribus gestorum a me datis subscripsi, quæ per Constantinum Comitiacum reddidi.

Ego Constantinus Comitiacus.

Decembris anno Christi . . . . .

Hæc in multis ut videre est labefactata sunt : sed ita tamen ut qua de re agatur expiscari in promptu sit, suppleta plerumque conjectando narratione, verum alia characteris forma, ne conjecturas meas assertæ lectionis loco habeant, qui in hæc incident. En totius negotii compendium.

Qui litigant Gothi aut Langobardi sunt, ut ex nominibus liquet : Judices autem Romani. Guduhul quidam Reate degens, ab actoribus, et calumniatoribus nomine Badiud, Sosemud cui cognomen Faffo, et Gunderit actus, et, ut in decreto legitur, repulsatus fuerat. Inter hæc diem obiit Guduhul, et reliquit Gundihil uxorem viduam cum duobus et liberis Leudasit et Leudesit. Eo defuncto memorati Sycophantæ, in orphanorum bona vehementer insistebant, ut indefensis eriperent. Tum Gundihil misit ad municipes Curiales Horanium, Antonium et Volusianum, et totum curialium ordinem, viros qui de injuria illata quererentur, et tutorem postularent. Municipes et curiales supradicti ex concurialibus duos Volusianum et Luminosum ad Gundihil mittunt, qui rescriptum petitionis ejus postulent. Mittit illa per concuriales petitionem seriam, ubi exposita rerum conditione, postulat filiis suis dari in specialem tutorem Flavianum quemdam, donec tutorem generalem curia decernat; dummodo Flavianus legitimam cautionem offerret de proba futura administratione. Rogatur a Curialium ordine Flavianus num tutelam admittat. Annuit Flavianus et sponsorem offert Liberatum, qui de futura administratione cautionem præbet. Tum jussu curialium Reatinorum diploma editur, quod cum ob alia multa, tum ob formam veterem juridicam singulare videtur. Hærere me fateor in vocibus Guduhulsuis et Gundihilinsuis : nam ultimæ syllabæ *suis*, et in-*suis*, quæ in diplomate semper post Guduhul et Gundihil subsequuntur, transversa superne linea notantur. Juvat credere nomina Guduhul et Gundihil esse conjugum propria; illud autem additamentum, *suis*, et *in-suis*, quorsum spectet exspiscari non potui, neque per tempus licuit rem accuratius explorare.

Singulare est annum Christi in charta primitus notatum fuisse; infrequens enim est isto ævo annum Christi consignari in diplomatibus. Attamen hoc monumentum sæculi octavi est, uti diximus, aut ut minus, quod ægre tamen crediderim, noni insignita. Unum novimus, duobus ante sæculis ab Dionysio exiguo concinnatam methodum Christianæ epochæ, a Beda sæculo octavo usurpatam fuisse. Quando autem inde cœperit adscribi diplomatibus hactenus incertum fuit; liquet porro istud de quo agimus inter prima istiusmodi accensendum esse.

F. Bibliothèque Trevisane.

Biblia hebraica antiqua cum notis Massoreticis.

Liber benedictionum et precum hebraice

Cæcilii Cypriani Opera in codice recenti in quo, ut aiebat quidem ipse D. Tarvisianus, quædam Epistolæ non editæ.

Ambrosii De sacramentis, codex scriptus anno 1436.

Hieronymus in Matthæum xv sæculi.

In codice xv sæculi, inter homilias S. Augustini et aliorum, liber ejusdem Augustini de beato latrone qui pependit in cruce, cujus initium : « Deus erat in Christo mundum reconcilians. »

Epistola B. Eusebii ad Damasum Portuensem de transitu B. Hieronymi, codex non antiquus.

Rubricæ libri Joannis Damasceni Presbyteri, in quo est *traditio certa ortodoxæ fidei*, *versæ de Græco in Latinum a Burgundo Judice cive Pisano sub Eugenio III. Pont. Max.*

In codice xiv sæculi, Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Nicodemum. Item quædam ex Evangelio secundum Thomam.

S. Antonini Summula de confessione, quam non cusam dicunt.

Raymundus Lullus.

Ludovici patriarchæ Aquilegiensis Epistolæ quædam scriptæ anno 1428.

Joachimi Epistolæ, codex vetus.

Dialogi Luciani Græce in codice xiv sæculi.

M. T. Ciceronis ad Quinctum fratrem, ad familiares, Tusculanæ, Academicæ quæstiones de fato, orationes in variis codicibus.

Festus Pompeius, codex recens, *bis*.

Crispus Sallustius, Nonius Marcellus.

Justinus cum prologis ad libros Trogi Pompeii ab initio, qui prologi rarius occurrunt in codicibus Justini.
Lactantii commentarius in Statii Thebaida.
Juvenalis Satyræ. In alio codice Persius cum Juvenale.
Martianus Capella.
Q. Asconius Pedianus.
Epistolæ Phalaridis et Bruti Latine.
Valerius Maximus, scriptus anno 1389.
Diarium scriptum Fratris Pauli (Fra Paolo) manu. — Ejusdem Opus in concilia.
Aspasii Orthographia.
Leonardus Justinianus, Francisco Philelpho Liber Philologicus.
Leonardi Aretini, De primo Punico bello.
Chronicon ab initio mundi ad annum 1428, de rebus maxime Longobardicis et Venetianis.
Chronicon ad annum 1454, vulgari italico idiomate. — Alia item Chronica.

Uti dixi, partem solam codicum Tarvisianorum vidi, nondum advectis reliquis : alii enim majore numero et pretio sunt. Unum libet commemorare, qualem accepi a clarissimo viro Apostolo Zeno Venetiarum ornamento. Est codex membranaceus scriptus anno circiter 1210, anonymi scriptoris rerum Venetianarum ; antiquiorem neminem gestorum suorum historicum norunt Venetiani. Agit is de insulis in queis sitæ Venetiæ, quarum tam frequentes et tam jejunæ exstant notitiæ. Habet is Historiam patriarcharum Aquileiensium, Gradensium, episc. Torcellensium et Venetianorum, necnon Summ. Pontificum, imperatorum et ducum, addita brevi narratione familiarum aliquot veterum Patritiarum, multum diversa ab iis quæ vulgo de iisdem familiis feruntur in Chronicis recentioribus. Animadvertit ipse D. Apostolus Zenus, Dandulum in historia, quam circiter annum 1350, scripsit, frequentissime istius scriptoris libro et monumentis usum. Cujus anonymi stylus subbarbarus et incomptus est, ac sæculi istius inelegantiam olet. — In eodem musæo Tarvisiano exstat Historia Venetiana manuscripta latine eleganterque exarata anno 1424, a Laurentio de Monaco cancellario magno regni Cretensis, cujus pars solummodo cusa fuit. Isthæc omnia cum aliis bene multis haud dubie complectetur collectio quam parat idem vir doctus apostolus Zenus, nobis amicissimus, hoc titulo : *Rerum Italicarum Scriptores*.—Sed nusquam puto exstare tot codices ad historiam Venetianam spectantes, quot in ædibus clarissimi viri Cornari Biscopia ad magnum canalem. Sed quorum pauci superant trecentos annos. Istic Oratorum Reipublicæ diaria bene multa, historiæ bellorum, et alia hujusmodi pene innumera.

G. Bibliothèque du procurateur Justiniani.

In codice XI sæculi, Psalmi et officia Græcorum.
Codex XI sæculi. Catena in Pentateuchum, et in libros Josue, Judicum et Ruth, ex Diodoro, Theodoro, Theodoreto, Acacio Cæsariensi, Hippolyto Romano, Didymo, Philone episcopo, Serapione Thmuitano, Basilio, Joanne Chrysostomo, Gregorio Nysseno, Cyrillo, Ephremo, Epiphanio, Gennadio Constantinopolitano, Origene.
Codex recens, Interpretationes in Oseam et Habacuc.
Codex XIII sæculi, Nicetæ catena in Job.
Codex recens, Anonymi Commentaria in Prophetas.
Codex recens. Commentaria anonymi in Jonam, Nahum et Michæam.
Codex recens. Commentaria in Hexaemeron, et alia SS. PP. opuscula.
Codex XIV sæc. Athanasii Operum tomus primus, secundi tomi complectentis Apologias et historica opera; ne unum codicem in Italia reperi, nam ii rarissimi sunt.
Codex bombycinus scriptus anno Christi 1346, ubi Michaelis Pselli Synopsis Psalterii. Athanasii interpretatio in Psalterium, similis ei de qua in bibliotheca S. Ambrosii Mediolan. dicemus, quæ non est magni illius Athanasii opus. — Ejusdem in Cantica. — Cyrilli Lexicon et explicatio vocum hebraicarum.
Codex recens. Quæstiones Athanasii ad Antiochum, Maximi Margunii Cytherensis Enchiridion et alia.
Codex X sæculi. Homiliæ Basilii in Hesaiam.
Codex XI sæculi. Gregorii Nazianzeni Orationes quædam.
Codex XIV sæculi. Quæstiones Gregorii theologi, quæ Athanasii nomine tertio tomo a nobis ut spuriæ editæ sunt.
Codex X sæculi, mutilus. Homiliæ Chrysostomi in Genesim. — Item alius ejusdem ætatis in Genesim.
Codex X sæculi. Joannis Chrysostomi in Acta apostolorum et alia.
Codex XI sæc. Ejusdem in Matthæum. — Alius ejusdem in Matthæum recens.
Codex XI sæc. Ejusdem in Joannem.—Ejusdem alius in Joannem paris ætatis.—Ejusdem Homiliæ variæ in codice recenti.
Codex XIV sæculi. Joannis Chrysostomi Homiliæ quædam.
Codex recens. Gregorii Nysseni in orationem Dominicam et alia variorum opuscula.
Codex recens. Cyrilli Hierosolym. Opera, Nili Rhodii Sermones et alia varia. — S. Cyrilli Alex. Epistolæ in codice recenti.— In alio recenti ejusdem Thesaurus.—Homiliæ Cyrilli in Genesim.
Codex recens, Theodoretus in Danielem, Pselli quædam et alia opuscula.
Codex XIV sæculi. Joannis Sinaitæ Quæstiones et aliorum Patrum opuscula.
Codex XV sæc. Joannis Damasceni Canon, et aliqua astronomiæ opuscula.
Codex XIV sæculi. Ejusdem Opera quædam. — Metaphrastis vitæ SS. codices bene multi, XI sæculi, in singulis codicibus singuli menses continentur. Hi autem ibidem comparent, mensis Februarius, Maius, September, October, November, December; menses autem October et November in codicibus recentioribus, videlicet XIV sæculi, exstant. — In alio codice recenti Vitæ sanctorum quædam. — In codice alio recenti Vitæ sanctorum et homiliæ variorum Patrum. — In codice XIV sæculi Anastasii et aliorum multorum Patrum Quæstiones et responsiones. — In codice XIV sæculi, Excerpta SS. Apostolorum et Patrum, et Chronicon Nicephori. — In codice recenti, Nicephori varia et aliorum SS. PP. Excerpta. — In codice XV sæculi,

Augustini Liber de gratia et libero arbitrio græce versus. — In codice XIV sæculi, Vita S. Basilii Junioris et Canones quidam conciliorum. — In codicibus duobus, recenti manu, homiliæ Theophanis Ceramei. — In codice recenti, Josephi Bryenii Homiliæ. — In codice XIV sæculi, Dialogus Pyrrhi Constantinopolitani, et Maximi abbatis. — Dialogi Lazari cum divite; item justi, hypocritæ et veracis dialogus in codice recenti.

Codex Justiniani membranaceus XII sæculi.

Codex scriptus anno mundi 6737, Christi 1229, ubi Theophylacti commentaria in Evangelia. — Officia Græcorum in duobus codicibus XIV sæculi. — Joannis Xiphilini Explicatio Evangeliorum per annum in codice recenti. — Matthæi Blastaris Canonum collectio in codice recenti.

Codex scriptus anno mundi 6626, Christi 1118. Georgii Œcumenici et Simeonis Magistri Historiæ ab initio mundi.

Hic postremus jam sub prelo sudat, a Combefisio versus, cura viri docti Michaelis Lequien ordin. Prædicatorum.

Codex bombycinus XV sæculi. Simeonis Magistri Historia ab Adamo usque ad Imperium Michaelis Ducæ filii Constantini. — Anonymi Historia imperatorum Trapezuntinorum. — Athanasii Explicatio somniorum iambico metro. — Pachymeris Philosophica in codice recenti.

Codex recens. Historia Georgii monachi ab Adamo ad Romanum Diogenem. — Marci Ephesini Opera varia. — Pachomii De Saracenis et contra Latinos. — Matthæi Quæstoris Dialogi contra Latinos in codice recenti. — Xanthopulorum Ascetica quædam et historia. — Joannis Monachi de puero Æthiope. — Bessarionis cardinalis Opus de unione Ecclesiæ Latinæ cum Græca. — Leonis imperatoris Opuscula et Theodori Studitæ Διδασκαλία in codice recenti.

Codices homiliarum et opusculorum bene multi variæ ætatis. — Xenophontis Ἀνάβασις in codice recenti. — Vita Alexandri Magni ab anonymo.

Existimo eam esse quæ Callisthenis nomine variis in bibliothecis circumfertur. Estque ineleganter scripta et fabulis respersa.

Ptolemæi Astronomica in codice XIV sæculi.

De aliis ejusdem Bibliothecæ codicibus duobus superius actum est : videlicet Timothei de hæresibus; et de Pseud-Athanasii commentario in Psalmos. Omnes porro memorati codices Græci sunt. Permultique alii Venetiis circumquaque sparsi occurrunt; cum enim e vicino posita Græcia sit, et multa ibidem loca Venetis pareant, hinc factum ut accisis Græcorum rebus multi codices istuc exportati fuerint.

Nicolai Canusii De restitutione patriæ adversus M. Antonium Sabellicum. — Marii Franchischinii De conjuratione Baiamontis, Theupoli. — Antonii Belloni Vitæ patriarcharum Aquileiensium. — Petri Blesensis De testimoniis fidei. — Epistolæ Antonii Panceræ patriarchæ Aquileiensis in codice membranaceo. — Romanorum Pontificum et collegii cardinalium quædam circa schisma Petri de Luna. — Imperatorum et regum Franciæ de eodem argumento. — Intimatio Concilii Pisani, et ejusdem processus contra Petrum de Luna, et Angelum Corrarium, contendentes de pontificatu. — Dynastarum Foro-Juliensium et aliorum circa Patriarchatum. In fine exstat carmen Joannis episcopi Ostunensis in laudem patriarchæ Antonii, et observatu digna quædam ex Epistolis Francisci Petrarchæ. Codex scriptus an. 1415.

Quinctii Æmiliani Cimbriaci Carmina.

Concilium provinciale Raymundi a Turre patriarchæ Aquileiensis, anno 1282.

Dell' origine delle investiture et de feudi della patria del Friuli di Daniello Fabrizio da Udine.

Descrizione dei passi del Friuli, di Jacopo Valvasone. — Successi nella patria del Friuli sotto XIV patriarchi d'Aquileia, del medesimo Valvasone.

Synodus B. Bertrandi patriarchæ Aquileiensis.

Synodus Nicolai patriarchæ Aquileiensis, anno 1357. Erat Nicolaus ille Bertrandi memorati successor.

Historia belli Foro-Juliensis tempore Philippi de Alenconio Patriarchæ Aquileiensis, auctore Joanne Aylino Notario.

Chronicon integrum Matthæi Palmerii.

Variæ Epistolæ et diplomata Patriarcharum Aquileiensium.

VERONE.

CATALOGUES DONNÉS PAR MAFFEI DANS LA *VERONA ILLUSTRATA*, IIIe PARTIE, p. 242, ET PAR MONTFAUCON, *Bibl. bibl. manusc.*, t. Ier, p. 490.

In Museo Joannis Saibantæ.

1. Liber quatuor Evangeliorum græce majusculis et rotundis characteribus ad usum Ecclesiæ, anno mundi 6800, Christi 1292. Ut enim dixi in *Palæographia græca*, p. 321, Caracteres unciales, qui pro cæteris libris in fine noni sæculi desiisse videntur, pro libris ecclesiæ et choro deputatis diu postea adhibiti sunt. Scriptus est vero codex a Theodoro monacho Hagiopetræ.
2. Joann. Chrysostomi in Epist. I ad Corinthios. Gr. codex scriptus a Dionysio monacho, anno mundi 5489.
3, 4. Ejusdem Homiliæ in Genesim.
5. In Evang. Joannis.
6. Et in Epistolas Pauli pene omnes.

7. Homiliæ variæ Joann. Chrysostomi.
8. Eclogæ ex operibus Chrysostomi.
9. Ejus Epistolæ.
10. Athanasii Opera omnia.
11, 12, 13. Variorum Homiliæ.
14. Gregorii Naz. Homiliæ cum commentario Nicetæ.
15. Psalterium.
16. Theodoretus in Psalmos.
17. Ejusdem Quæstiones in Scripturam sacram.
18. Bibliotheca Photii.
19. Nomocanon Photii.
20. Blastaris Collectio canonum.
21. Triodon.
22. Theotocarion.
23. Typicum, etc.
29. Joan. Damasceni quædam.
31. Joan. Climacus.
32. Apologia concilii Florentini.
33. Gelasius Cyzicenus, De concilio Nicæno.
40. Papæ Alexandrini Collectiones cum figuris.

Manuscritti Capitolari di Verona.

S. Hilarii quædam.
S. Hieronymi opera plurima et Epistolæ.
104. De causa Acacii Collectio.
S. Augustini De civitate Dei et alia ejusdem opera.
S. Gregorii quædam.
S. Clementis Recognitiones.
Sulpitii Severi quædam.
Facundi Hermianensis libri duodecim.
S. Isidori De summo bono.
Ex conciliis Ephesino et Chalcedonensi multa.
Crescentii Africani Collectiones canonum.
Summarium canonum.
Formosi Papæ Defensio.
Alcuini quædam.
Breviarium mozarabicum.
Et alii libri ad usum Ecclesiæ.

Museum v. cl. Scipionis Maffei Veronensis, Italico vulgari idiomate ab ipso concinnatum.

Diverse prime stampe specialmente greche. Le poche primieramente che furono fatte in majusculo. Il Salterio, Milano 1481, con version latina di Giovanni Piacentino e Monaco, fatta a parola per parola. — Un Lessico in Vicenza del 1483. — L'Omero di Fiorenza. — D'Aldo, Esiodo, Teocrito, Aristofane con gli Scoliasti, Galeno in gran foglio, e piu altri anteriormente al 1500. — In ebraico con grandi e belle lettere e puntti, il Pentateuco col Targum, ei commentari di Rasi, stampato a Bologna in carta pecora l'anno 5282, che dà il 1442 anterior però alle stampe di Soncino, e ad ogn'altra ebràica finora nota. — Alcuini de' libri stampati sotto il principe Bassarabba in Bucoresti di Valachia, e tra questi la sacra Scrittura in gran foglio, con bella carta d'Italia, in lingua e carattere illirico, o sia Ruteno, o Serviano com' altri il chiamano.

Alquanti manuscritti. Prima tra' greci, commentari sopra i Salmi, da' quali fu tratto già un frammento di Nestorio nella lettera sopra alcuini frammenti pretesi di Sant' Ireneo. Carta che si conosce tagliata già da codice in carattere majusculo, contenente un' esposizione di Cirillo Alessandrino sopra i Salmi, qual exposizione sarebbe non solamente inedita, ma finora incognita, e innominata.

Copie due della interpretazione de' Salmi di Niceforo Blemmida, inedita.

Omelie 33 di Leon Sapiente delle quali 18 inedite.

Omilie di Siphilino sopra gli Evangeli delle Domeniche di tutto l'anno; manca il principio, inedite.

David filosofo sopra Aristotele, e sopra Porfirio: inedito.

Tattica del Porfirogenito intera, avendola il Meursio data fuori dimefata.

Catalogo d'amplissima libreria greca, che mostra non esser piu antico di dugent'anni, e pure molte opere registra al presente perdute, e di non poche delle quali notizia non abbiamo alcuna.

Tra i latini gran Raccolta di sentenze fatta nel secolo del 1300. — Donde molte notizie si traggono per gli antichi scrittori, e nella quale molti de' sentenziosi versi di Publio Siro si leggono non piu veduti, et cosi alcuni distici di Marziale.

Racolte d'antiche Iscrizioni di Feliciano, e di Fra Giocondo.

Liber Albaldi de Minutiis, si trova in altri codici: « *Demetrii Alabaldi de notis ponderum et mensurarum.* » (*Verona illustrata*, parte III.)

Sermoni ed Epistole di Raterio, tra le quali piu cose non ancor publicate. — Vita di S. Zenone, edita da non poco fa.

Summa, cioe Grammatica, *Magistri Joannis a Pigna.*

Epistole de Venerabil Paolo Maffei, detto in libro stampato nel 1521 a Venezia, il beato Paolo da Verona. — Dialogi di Timoteo.

Opere del Calderino, delle quali si e parlato negli Scrittori.

Ars Rithmorum (*sic*) vulgarium di Antonio da Tempo.

Trattati delle gemme e delle pietre di Leonardo da Pesaro, e d'altri. — Nel medesimo Trattati di Leon Battista Alberti della pittura.

Sermoni di San Bernardino da Siena, raccolti della sua voce.

Opera in terza rima di Giacopo d'Albizotto da Firenze, sopra Venezia, scritta nel 1465.

Studio genealogico di Francesco del Bene sopra le famiglie di Verona.

Elogi, o sia vite d'uomini illustri specialmente Veronesi di Francesco Pola.

Municipalia decreta; cioe utilissima raccolta, e compendio delle parti del consiglio di Verona dal 1405 al 1627, fatta da Bartolomeo Monselia.

Libro di Marc' Antonio Marcello degli stanti pendenti dalla Santa Sede.

Tesoro di Brunetto Latini in antico francese, com'ei lo scrisse: foglio in membrana con miniature.

Questo raro codice fu gia trasmesso a Firenze a richiesta dell' incomparabile e per dottrina, e per bonta di cuore, e candidezza di costumi Anton Maria Salvini, il quale, se non veniva interrotto dall' ultima, e lunga malattia, voleva farlo stampare con sue note; che molto utili sarebbero riuscite nel fatto della lingua toscana, confrontando la traduzione antica di Buono Giamoni, citata spesso dal vocabolario della Crusca. Tanto apparisce per una lettera del medesimo Salvini, che sta ora nel codice.

Alquanti rotoli de' tempi Longobardi scritti in corsivo antico. Un esemplare della bolla del concilio Fiorentino latina e greca, con la soscrizione in cinabro dell'imperador Giovanni Paleologo, et dopo lui di trentadue vescovi greci. Altro simil esemplare se ne conserva con somma gelozia a Firenze, ed altro si sa trovarsene nella Biblioteca del re di Francia. Quello che si custodisce nel publico Archivio di Bologna non ha le soscrizioni greche.

Ricorderemo per ultimo quello che forse non vorra il curioso erudito veder da ultimo, cioe i Papiri. Questo e il piu raro, e il piu ammirabil genere d' antiche reliquie che si rimanga. Tre ne conserva la Libreria Vaticana, tre la Cesarea, e due la Regia di Parigi. In questo studio se ne veggon cinque, dopo lunghe, ed incredibili ricerche a gran fatica raccolti. Si puo pero osservar pienamente la qualita di tale antica carta di legno, come e stata non fuor di ragione chiamata. Vi e quel documento tra gli altri, che per antichita porta corona tra tutti quelli, che si son finora scoperti in Europa. Veggasi a pie dell' Istoria de' diplomi, e degli Atti, dove il contenuto di questi rarissimi documenti si e publicato.

PORTUGAL (136).

TABLE DES VILLES.

ALCOBAZA,
COIMBRE,
EVORA,
LISBONNE,
MAEFRA,
POMBAL,
PORTO.

ALCOBAZA (137).

BIBLIOTHECA MONASTERII S. BERNARDI (138).

1. Biblia sacra ordinæ vulgatæ, dempto III lib. Esdræ; index interpretationum nominum hebræorum; indiculus librorum bibliorum posteriore manu exaratus; sæc. XII, membr. in-8° (olim Alphonsi I, Lusitaniæ regis).
2. Lib. Paralipomenon, Esdræ, Nehemiæ, Tobiæ, Judith, Esther, Joel, Amos, Abdiæ,

(136) *Notice préliminaire d'Hænel*, 1825. Si quis ea, quæ de Hispaniæ bibliothecis diximus, consideravit, non mirabitur, opinor, Lusitaniæ bibliothecas libris manuscriptis non nimis esse instructas, cum multa sæcula eædem calamitates utrique regno acciderint. Præterea Philippus II, cum hoc regnum occupasset, codicibus, quos multos ex monasteriis Lusitanis abstulerat, Scorialensem bibliothecam auxit. Quod, quanquam Fr. Joaquim de S. Agostinho (*a*) factum esse negat, tamen ita se habet, nam ipse vidi atque evolvi in bibliotheca Scorialensi nonnullos codices, qui, ut nota cuilibet volumini impressa indicat, olim Alcobacenses erant. Magnum etiam damnum bibliothecis attulit terræ motus, qui anno superioris sæculo quinquagesimo quinto Olisiponem vexavit. Postea vero, bello contra Franco-Gallos concitato, nonnullæ bibliothecæ flammis absumptæ sunt, ut Collipponensis (Leiria), aliæ disjectæ, aliæ in Brasiliam translatæ, ut illa antea, in palatio Ajuda collocata, qua reges ipsi uti solebant.

In catalogo optimi codices enumerantur, in Addendis bibliothecæ indicantur insigniores, quæ in Lusitania exstant.

(137) Libr. impr., 20 ad 25,000. Codd., 476.

Link, *Bemerkungen auf einer Reise durch Francreich, Spanien und vorzuglich Portugal*; Kiel 1801, in-8°, t. II, p. 12 sq. — Dr. A.-F. Busching's *Neue Erdbeschreibund. Europa. Portugal und Spanien. Erste Abth. Portugal. Herausgegeben von C. D. Ebeling*; Hamburg, 1808, p. 42. — *Index codicum bibliothecæ Alcobatiæ, in quo non tantum codices recensentur, sed etiam quot tractatus, epistolas, etc. singuli codices contineant, exponitur, aliaque animadvertuntur, notatu digna.* Olisipone, ex typographia Regia, anno MDCCLXXV, in-fol. min. — Sobre os codices manuscritos, e cartorio do Real Mosteiro de Alcobaça por Fr. Joaquin de S. Agostinho, vid. *Memorias de litteratura portugueza*, publicadas pela Academia Real das sciencias de Lisboa; Lisboa, 1795, in-4°, t. V, p. 297 sqq. — *Exame critico sobre a memoria da Academia Real das sciencias de Lisboa*, Lisboa, 1795, in-4° (Hunc librum non vidi; respondetur Joachimo de S. Agostinho, qui, cum catalogum supra commemoratum corrigere studeret, ipse in graves errores delapsus est.) — *Essai statistique sur le royaume de Portugal et d'Algarve*, etc., par Adrien Balbi; Paris, 1822, in-4°, t. II, p. 89.

(138) Archium monasterii insigni copia chartarum vetustarum refertum est.

(*a*) *Memorias de Litteratura Portugueza*, publicadas pela Academia Real das sciencias de Lisboa, tom. V pag. 298 seqq.

Jonæ, Michœ, Nahum, Malachiæ, Macchabæorum, Apocalypsis; sæc. XII, membr. in-4°.

3. Biblia latina vulgata; sæc. XII, membr. in-4°.

4. Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices, Psalmi; sæc. XIII, membr. in-fol.

5. Job, Paralipomenon, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia, Ecclesiasticus, Tobias, Judith, Esdræ lib. I et II, et Macchabæorum lib. II; membr. in-fol.

6. Reges, Iesaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel, Osea, Joel, Amos, Abdia, Jonas, Michæa, Habacuc, Sophonia, Aggæus, Zacharias, Malachias; membr. in-fol.

Biblia ganhada na batalha de Aliubarrota por el rey Dom Joam o primeiro da glorioza memoria, a qual era proprio rey de Castella e foi ganhada dentro da sua propria tenda, como consta de huma memoria, que esta no fim deste proprio livro. — Vid. *Memorias de Litt. Port.*, *l. c.*, p. 502-505.

7. Epistolæ S. Pauli; Acta apostolorum; Apocalypsis; Epistolæ canonicæ; Evangelia IV; membr. in-fol.

8. In folio maximo XIII aut XIV sæculi exaratus minore littera continet folia 407.

Hoc opus, ut refert Alcobatia illustrata, et Didacus Barbosa in sua bibliotheca Lusitana, a fratre Innocentio Borges, monacho Cisterciensi Lusitano elaboratum fuit. In pblicum tamen emissum fuit a fratre Franc. Arola, ordinis Minorum, qui auctor illius habetur.

9. Epistolæ Damasi P. ad Hieronymum; Epistolæ Hieronymi ad Damasum; Homilia Origenis de Canticorum cantico a B. Hieronymo translata; Epist. Hieronymi ad Tranquillinum, quomodo Origenem legere debeat; Epistolæ Oceani, Augustini ad Hieronymum et Hieronymi ad Augustinum, Marcellinum, Alypium, Heliodorum, Nepotianum, Amandum, Paulinum, Pamachium, Oceanum, Evangelum, ad Marcum presbyterum, Avitum, Rusticum, Desiderium, Dardanum, Lucinium, Helvidium, Rufinum, Vitalem et alios; Hieronymi expositio fidei Nicæni concilii; epitaphium S. Paulæ ab Hieronymo editum c. inscriptionibus sepulcri; sæc. XIII, membr. in-fol., script. a Joanne Parvo de Leiria, monacho Alcobacensi.

10. Commentariorum Hieronymi in Iesaiam prophetam lib. XVIII c. prol. in limine et præf. in librum quemdam; notitia de aliquibus libri Orosii; Orosii Narratio de Babylone et § De mensura stadiorum, leucarum; sæc. XIII, membr. in-fol.

11. Commentariorum Hieronymi in Ieremiam prophetam lib. VI; sæc. XIII. membr. in-fol., script. a Joanne Parvo de Leiria.

12. Commentariorum Hieronymi in Ezechielem prophetam lib. XIV; sæc. XIII, membr. in-fol., script. a Joanne Parvo de Leiria

13. Anon. Explanatio in evangelium; Comm. Hieronymi in Danielem prophetam; Christi generatio et nativitas; Magorum adoratio; Christi fuga et regressus ex Ægypto; Joannis Christistique baptisma; prædicationes; præcepta; consilia; parabolæ; Christi Domini ad Pharisæorum aliorum quæsita responsiones; sæc. XIII, membr. in-4°, script. a fr. Nicomede de Portalegré, Alcobacensi monacho.

14. Commentariorum Hieronymi in XII prophetas minores lib. XX, c. prol., sæc. XIII, membr. in-fol., script. a fr. Gregorio de Soure, Alcobacensi monacho.

15. Vitæ patrum, quæ usque ad Vitam S. Pauli inclusive reperiuntur editæ a Rosweido, Lugd. 1618, et alia; passio XI mill. virginum; membr. in-fol., script. a fr. Christophoro de Valverde, Alcobacensi monacho.

16. Confessiones Aurelii Augustini; membr. in-fol., cod. optimis caracteribus adpictus a fr. Theotonio de Condexa, Alcobacensi monacho.

17. Tres Isidori, episc. Hispalensis, Epistolæ ad Braulium et duæ epistolæ Braulii ad Isidorum; S. Augustini lib. II, retractationum c. prol. et oratione catholicæ fidei; lib. XV De trinitate et oratio finalis S. Augustini; sæc. XII, membr. in-fol., exaratus a fr. Alfonso de Estremoz, Alcobacensi monacho. Fini codicis hæc subscriptio adjecta est: « Emendavi ut potui imperatore domino Justiniano anno XXX, III, indictione 6, 7 Kalendas Junii in provincia Campania territorio Cumano in possessione nostra acherusio. »

Agostinho his verbis motus (*Memor. de litt. port.*, p. 506) hunc codicem sæc. VI exaratum fuisse, contra omnem speciem veri dicit.

18. Epistolæ S. Augustini et aliorum ad S. Augustinum c. indicibus; membr. in-fol., script. a fr. Augustino de Colimbria, Alcobacensi monacho.

19. Augusti De civitate Dei lib. XXII; sæc. XII, membr. in-fol., script. a fr. Mendo de Pombal. Alcobacensi monacho.

20, 21, 22, 23. Expositio S. Augustini in omnes psalmos Davidis; sæc. XIII, membr. in-fol., script. a fr. Marco de Tentugal, Alcobacensi monacho.

24. S. Augustini Expos. in Joannem c. not.; sæc. XIII, membr. in-fol., script. a fr. Marcello Pires, monacho Alcobatiæ.

25. Sermones S. Augustini de verbis evangelistarum et apostolorum actibus, editis auctiores; sæc. XIII, membr. in-fol., script. a fr. Marcello Pires Alcobacensi monacho.

26. Sermones XXIV Augustini una c. homiliis Augustini, Hieronymi et Ambrosii; sæc. XIII, membr. in-fol.

In hoc codice sermones inediti reperiuntur.

27. Decem sermones seu tractatus S. Augustini in epistolas S. Joannis; S. Joan. Chrysostomi homiliæ XXXV; Narratio de miraculo ejus, qui non bene confessus eucharistiam sumere nequibat; sæc. XIII, membr. in-fol., script. a fr. Pontio de Pinhel, Alcobacensi monacho.

28. Opera aliquot SS. Ephremi, Joan. Chrysostomi, Bernardi, Augustini; Stephani de S. Genoveva Epist. ad Robertum; Epist. Petri Cellensis ad Widonem; Petrum, Wilhelmum sæc. XIV, membr. in-4°, script.

a fr. Joan Martino, monacho Alcobacensi.
29. S. Augustini Enchiridion; ejusd. Tr. de continentia, et alia opusc. S. Augustini, Isidori Hispalensis, Richardi a S. Victore, Hugonis a S. Victore; sæc. xiv, membr. in-fol.
30. Comm. in Epistolas ad Corinthios, Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Timotheum, Hebræos, Titum; sæc. xiv, membr. in-fol.
31. Liber, qui inscribitur Defloratio Augustini, sive pretiosa purioris judicii hujus doctoris extractio; sæc. xiv, membr. in-fol., script. a fr. Paulo Manso, monacho Alcobacensi.
32, 33, 34. Expositionis moralis S. Gregorii P. in Job lib. i-xxxv; sæc. xiii, membr. in-fol., script. a fr. Timotheo de Celorico, monacho Alcobacensi.
35. Dialogorum B. Gregorii P. lib. iv; sæc. xiv, membr. in-4°, script. a fr. Seraphino de Porto de Mos, monacho Alcobacensi.
36, 37. Continet idem opus translatum ad Lusitanum antiquum sermonem; sæc. xiv, membr. in-4°, duo exempl. script. a fr. Stephano Annes de Obidos, monacho Alcobacensi.
38. Lib. quæstionum B. Gregorii P. per interrogationes et responsa in formam dialogi in libros Veteris Testamenti; sæc. xii, membr. in-fol.
39. Homiliarum Gregorii P. lib. xxii; sæc. xiii, membr. in fol., script. a fr. Melchior. de Torres Vedras.
40. Expositio Gregorii M. in Cantica canticorum; Vita D. Bernardi v libris comprehensa; Sermones S. Leonis P. et alia; membr. in-fol., script. a fr. Amador de Ceo.
41. Complectitur xvi lib., in quibus continentur excerpta quædam mystica et moralia ex opusc. S. Gregorii M., et tres tractatus magistri Richardi S. Victoris De statu interioris hominis; sæc. xiv, membr. in-fol.
42. Tr. de viduitate seu de vidua Sareptana moraliter exposita; sæc. xiii, membr. in-fol., script. a fr. Xisto de Selir do Mato, monacho Alcobacensi.
43. S. Ambrosii, Mediolan. episc., Expositio in psalmum cxviii; sæc. xiii, membr. in-fol., script. a fr. Honorato de Benavente, monacho Alcobacensi.
44. S. Ambrosii hexaemeron in lib. vi divisum; sæc. xiii, membr. in-fol., script. a fr. Theodosio de Palmella, monacho Alcobacensi.
45. Catena in libros Genesis, Exodi; sæc. xiii, membr. in-fol., exarat. a fr. Roberto de Figueiro, monacho Alcobacensi.
46. Brunonis episc. Expositio in Pentateuchum; sæc. xiii, membr. in-fol., script. a fr. Andrea do Souto, monacho Alcobacensi.
47. Genesis c. Expos. anon.; sæc. xiv, membr. in-4°.
48. Lectiones excerptæ ad officium matutinale de commentariis, epistolis et expositionibus homiliarum tum moralium tum allegoricarum et historicarum Origenis, Rabani, Isidori, Gregorii, Hieronymi, Augustini, Bedæ, Gilberti in Leviticum, Numer., Deuteronomium, Josuam, Judices; Lectiones Origenis; sæc. xiii, membr. in-fol.
49. Expositio Isidori, Augustini, Origenis, Hieronymi in Leviticum; sæc. xv, membr. in-4°.
50. Expositio Petri Cellensis de tabernaculo Moysis; ejusd. Expos. lib. Ruth; ejusd. Epist. ad Alcherium de conscientia; Berengaudi (Berengarii?) Expos. sup. Apocalypsin; Canones pœnitentiales; Definitio brevis Cisterciensis capituli circa defectus in sacrificio missæ; sæc. xii, membr. in-fol.
51. Rabani Mauri expos. in iv lib. Regum; sæc. xii, membr. in-fol., script. a fr. Petro Amato, monacho Alcobacensi.
52. Expositio Bedæ in Tobiam, Esdram, Nehemiam; fragm. quædam grammatica de vocibus, litteris, verbis; sæc. xiv, membr. in-fol.
53. Expos. Bedæ in Lucam; sæc. xiii, membr. in-fol.
54. Expos. Bedæ in vii Epistolas canonicas; sæc. xiii, membr. in-fol.
55. Beda in Acta apostolorum; Vita S. Laurentii; duo Lexica geographica latina, unum latius, alterum brevius, sæc. xiii, membr. in-4°, script. a Bartholomæo, monacho Alcobacensi.
56. Radulphi Flaviacensis Comm. in Leviticum; sæc. xiii, membr. in-fol., script. a fr. Laurentio Peres de Peniche, monacho Cisterciensi Lusitano.
57. Lib. de floribus psalmorum; sæc. xiii, membr. in-fol., script. a fr. Michaele de Evora.
58. Guidonis, monachi Alcobacensis, Expos. in cl psalmos Davidis; sæc. xiv, membr. in-fol.
59, 60. Raphaelis de Coruche, monachi Cisterciensis Lusitani, Expos. in psalmos Davidis; sæc. xiii, membr. in-fol.
61. Petri, Cantoris Parisiensis, Gl. in psalterium; sæc. xiii, membr. in-fol.
62. Expositio in psalmum i xxv.; sæc. xiii, membr. in-fol.
63. Nic. de Lyra Expositio in psalmos; sæc. xv, membr. in-4°.
64. Paraphrasis seu interpretatio vii psalmi pœnitentialis a fr. Francisco Machado, abbate antiqui cœnobii Tamariensis; sæc. xvi, chart. in-fol.
65. Hugonis de S. Caro Expos. in psalmos a i-liii.; sæc. xiv, membr. in-fol., script. a fr. Gomezio da Carvalhal.
66. Hugonis cardinalis Expositio in Proverbia, Ecclesiasten et Cantica; sæc. xiv, membr. in-fol.
67. Anon. Expos. in Proverbia; Hieronymi Expos. in Ecclesiasten: S. Prosperi quædam opuscula; S. Gregorii Nazianzeni Apologeticum; sæc. xiii, membr. in-fol.
68. S. Bernardi Sermones sup. Cantica; sæc. xiii, membr. in-fol., script. a fr. Sebastiano de Lamego.
69. S. Bernardi Sermones de tempore, de

sanctis et de diversis; sæc. XIII, membr. in-fol.

70. S. Bernardi Tr. de consideratione et sermones de gradibus humilitatis; membr. in-fol.

71. S. Bernardi Tr. de modo bene vivendi; sæc. XV, chart. in-4°.

72. Fr. Ludovici de Sottomaior, Dominicani, Appositio brevis in Cantica canticorum; sæc. XVI, chart. in-4°.

73. Sententiæ excerptæ ex Patribus; sæc. XV, chart. in-4°, exarat. a fr. Bonifacio de Thomar, monacho Cisterciensi Lusitano.

74. Hugonis a S. Victore Expos. in threnos Jeremiæ; homiliæ in Ecclesiasten; sæc. XIII, membr. in-fol.

75. Pars. Vet. Testamenti a Genesi usque ad Esdram; Hugo a S. Victore, De mysteriis eccles.; Tr. de XII abusivis sæculi; Hieronymi Epist. de lapsu cujusdam virginis; Anselmus, De beatitudine cœlestis patriæ; sæc. XIII, membr. in-fol.

76. 77, 78, 79. Varii Tr. Hugonis a S. Victore; sæc. XIII, membr. in-fol.

80. Ejusd. Tr. de sacramentis; membr. in-fol.

81. Anon. Expos. in cap. V epist. I Joannis; sæc. XIII, membr. in-4°.

82. Michaelis de Lacios Expos. in Cantica canticorum; 1610, chart. in-4°.

83. Hervæi Comm. in Iesaiam; membr. in-fol.

84. Hieronymi et Gregorii Comm. in Iesaiam; sæc. XV, membr. in-fol.

85. Glossæ in Jeremiam ex variis Patribus concinnatæ; Lib. S. Hilarii de synodis; Carmina de passione S. Laurentii et S. Vincentii; S. Juliani, episc., Prognosticon futuri sæculi; sæc. XIII, membr. in-fol.

86. Hervæi Dolensis Expositiones in aliquot Veteris Testamenti libros; sæc. XIII, membr. in-fol.

87. S. Hieronymi Comm. in prophetas minores; sæc. XII, membr. in-4°.

88, 89. Zachariæ Chrysopolitani Lib. IV de concordia evangelistarum; sæc. XIII, membr. in-fol.

90. Expositio in cap. XXVIII Matthæi; sæc. XIII, membr. in-fol., exarat. a fr. Joanne de Rio Major, monacho Alcobacensi.

91. Id. op.

92. Expositio IV evangeliorum et aliquot epistolarum S. Pauli apost.; sæc. XIII, membr. in-fol.

93. Glossa in evangelium Joannis et in VII Epist. Jacobi, Petri, Joannis, Judæ; sæc. XIII, membr. in-4°.

94. Expositio in epistolas Pauli ad Romanos et I et II ad Corinthios; sæc. XIII, membr. in-fol., script. a fr. Donato de Viseu, monacho Alcobacensi.

95, 96. Expositio in epistolas Pauli; sæc. XIII, membr. in-fol.

97. Epistolæ Pauli c. comm.; sæc. XIV, membr. in-fol., script. a fr. Arsenio de Bousella, monacho Alcobacensi.

98. Comm. Victorini in Joannis Apocalypsin; sæc. XIII, membr. in-fol.

99. Expositio grammaticalis, demonstrans radices verborum et nominum, præsertim propriorum; definitiones theologicæ quædam; synopsis de ortu, ministerio et morte apostolorum; Tr. de quatuor virtutibus et alia; sæc. XIII, membr. in-fol., script. a fr. Quintilo de Pombeiro, Alcobacensi monacho.

100. Allegorica Expositio verborum Scripturæ sacræ ordine alphabetico disposita; sæc. XIII, membr. in-fol., script. a fr. Ægidio de Leirena.

101. Prologus et glossa in evangelium Mathæi; homiliæ Origenis in Genesin et Exodum; interpretationes grammaticales phrasium Latinarum et etymologia nominum Scripturæ; sæc. XIII, membr. in-fol.

102. Sermones et V homiliæ; Vita Antichristi c. al. opusc. Anselmi Cantuar., Fulberti Carnotensis, Bernardi, Augustini; sæc. XIII, membr. in-fol.

103. Origenis Homiliæ in Genesin, Exodum et lib. Regum; sæc. XIII, membr. in-fol.

104. Origenis Homiliæ in Numeros, Josuam, Judices; sæc. XIII, membr. in-fol.

Hunc librum donavit huic monasterio ill. dom. Joannes, episc. Ægitanensis, filius nothus regis Eduardi.

105, 106. Lectiones epistolarum et evangeliorum; sæc. XIV, membr. in-fol., compos. a fr. Joanne Morenas de Fonte Arcada.

107. Expositiones in Evangelia et Scripturam pro lectionibus dicendis in festivitatibus natalis Domini; membr. in-fol.

108. Sermones et Homiliæ; sæc. XIV, membr. in-fol.

109. Lectionarium Cisterciense; membr. in-fol.

110. Expositiones in Epistolas evangelicas, Acta apostolorum; sæc. XIV, membr. in-fol.

111. Homiliæ et sermones; Expositiones sup. Epistolas et Evangelia a Dominica IX post Pentecosten usque ad Dominicam I.; sæc. XV, membr. in-fol.

112. Homiliæ, expositiones, sermones, L, XIX Vitæ sanctorum; membr. in-fol.

113. Vitæ sanctorum, sermones, homiliæ, expositiones ex Patribus; Ordonii, monachi Cellæ Novæ, Vita S. Redesundi; Epist. Aldeberti ad Samerium; sæc. XIV et XVI, membr. et chart. in-fol.

Vid. *Mém. de litt. port.*, *l. c.*, p. 306-308.

114. Anon. sermones de Dominicis et alia; sæc. XV, membr. in-4°.

115. Sermones de Dominicis, mysteriis et sanctorum festivitatibus; sæc. XV, membr. in-4°.

116. Narratiuncula de Antichristo; sermones fr. Lucæ de Boidobra, monachi S. Mariæ da Estrella, Cisterc. ordinis, de mysteriis ac festivitatibus sanctorum apostolorum, martyrum, etc.; sæc. XIV, membr. in-4°.

117. Sermones de Christi mysteriis, de sanctissima virgine, de aliquibus sanctis et de communi apostolorum, martyrum,

confessorum et virginum; sæc. xv, membr. in-8°.
118. Sermones ad clericos, religiosos, moniales, etc.; sæ. xiv membr. in-4°.
119, 120, 121, 122, 123, 124. Sermones varii; sæc. xv et xiv, membr. in-4°.
125. Sermones de tempore; sæc. xiv. membr. in-4°.
126. Sermones de sanctis et dominicis; fragm. epistolarum Hieronymi ad Nepotianum, Paulinum, Amandum; sæc. xiii, membr. in-4°.
127. Ethico-orthodoxa collectionum summa in vii partes distributa, quarum quælibet in varias distinctiones dividitur; prima pars est de constitutione reipublicæ, de membris suis, de institutione, de informatione partium, et quæ sunt membra ejus sigillatim et absolute in x distinctiones divisa; secunda pars est de connexione membrorum societatis et dividitur in ix sectiones, etc. Omnia sunt ecclesiastica; sæc. xiii, membr. in-4°.
128. Sermones de tempore et de sanctis, sæc. xiii, membr. in-fol.
129. Homiliæ seu brevissimæ applicationes evangeliorum dominicalium per anni circulum; sæc. xiii, membr. in-4°.
130. Sermones festivitatum per anni circulum compos. a fr. Pelagio Parvo, ord. Prædicatorum, et scr. p. manus Petri Olisiponensis, monachi Alcobacensis; Joan. de Rupella Ars rhetorica practica conficiendi sermones; membr. in-8°.
131. Anon. Tr. de pœnitentia; sermones de tempore; sæc. xiv, membr. in-12.
132. Sermones brevissimi seu potius themata utilia ad prædicatores, compos. a fr. Nicolao, ord. Prædicatorum; sæc. xiv, membr. in-8°.
133. Homiliæ iv D. Bernardi; Vita et miracula S. Rudesindi, episc. Dumiensis; Regula S. Augustini exposita p. Hugonem de S. Victore; S. Basilii Doctrina ad monachos; Vita S. Dominici; sæc. xiv, membr. in-12.
134, 135. Fr. Mauritii Distinctiones et Dictionarium prædicabile totius Scripturæ s.; sæc. xiii, membr. in-4°.
136. Mag. Alani, monachi Cisterc., Lib. pœnitentialis ad Henricum, Bituricensem patriarcham; Tr. de expos. missæ M. Richardi; Enarrationes Matthæi; Sermones; Tr. de virtutibus et vitiis et alia ascetica; sæc. xiii, membr. in-4°.
137. Summa Mag. Joan. Beleth de ecclesiasticis officiis; Tr. de sacramento altaris; sæc. xiv, membr. in-fol.
138. Ceremoniale antiquum episcoporum; sæc. xiv, membr. in-4°.
139. Rubricæ in Breviarium et Missale Cisterciense; sæc. xiii, membr. in-8°.
140, 141. Usus Cistercienses; sæc. xv, membr. in-fol.
156. S. Augustini Sermones. — Compactura prima. Sæc. ix, membr. in-fol. (S. 98.)

157. S. Augustini Quæstiones; Epist. ad Maximum; Sermo in ejus natali, lib. ii contra adversarios legis. — Membrana pulchra. Codex pulcherrimus sub Grimaldo scriptus. Sæc. x, membr. in-fol. (S. 158.)

158. S. Augustinus, De baptismo. Compactura prima. Codex pulcherrimus sub Grimaldo scriptus. Sæc x, membr. in-fol. (S. 44.)

159. Epistolæ S. Hieronymi, Augustini, Damasi, Cassiodori. — Manus Ekkehardi iv, pag. 128 et ubique in notis adjectis reperitur. Pag. 72 et 197 teutonica leguntur theologica ubique. Sæc. x, membr. in-fol. (D. 81.)

160. Quæstiones S. Augustini in heptateuchum. — Codex optimus. Sæc. x, membr. in-fol. (S. 95.)

161. S. Augustinus in Genesin. — Codex optimus. Sæc. x, membr. in-fol. (S. 138.)

162. S. Augustinus in psalmum i-xxxvi. — Codex in commune patratus et scriptus sub Grimaldo. In notis adjectis observatur manus Ekkehardi iv. Ex eo posterioribus sæculis in choro lectæ sunt lectiones pag. 174. Sæc. x, membr. in-fol. (S. 39.)

163. S. Augustinus in psalmum i-lxxvii. — Codex bonus a pluribus scriptus. Sæc. x. membr. in-fol (S. 42.)

164. S. Augustinus in psalmum lxxvii. — C. — Codex bonus in commune patratus. Compactura secunda. Sæc. x, membr. in-fol. (S. 43.)

165. S. Augustinus in psalmum xxxvi-l. — Codex in commune patratus. Folia 277 et 278 scripsit Waningus, haud dubie ille, qui abbatis Oralonis capellanus fuerat. Sæc. x, membr. in-fol. (S. 41.)

166. S. Augustinus in psalmum c-cxviii. — Codex in commune patratus. Pag. 141 et alibi observatur manus Ekkehardi. Sæc. x, membr, in-fol. (S. 40.)

167. Expositio psalmorum a S. Augustino excerpta. — Characteres robusti. Sæc. x, membr. in-fol. (S. 2.)

168. S. Augustini Homiliæ in Joannem; Cantilena Ratberti de S. Gallo; pag. 405 inscriptiones in picturas vitam S. Galli in claustro exhibentes. — Codex optimus et pictis initialibus. Cantilena de S. Gallo c. notis et inscriptiones in ejus vitam de

jectam versibus Leoninis. Sæc. IX, membr. in-fol. (S. 52.)

169. S. Augustini Homiliæ in Joannem, pars II.—Codex in commune patratus. Sæc. X, membr. in-fol. (S. 94.)

170. S. Augustinus, De consensu evangelistarum.— Codex optimus. Sæc. X, membr. in-fol. (S. 97.)

171. S. Augustinus, De pastoribus, De baptismo, De spiritu et littera.—Codex optimus. In margine occurrunt hinc inde notæ tironianæ. In schediasmate pag. 3 agitur de ordinibus conferendis. Compactura secunda. Sæc. X, membr. in-fol. (S. 4.)

172. S. Augustinus contra Faustum et Manichæos. — Codex optimus; compactura secunda, in qua S. eganvelii fragmentum pag. 258 adglutinatum fuit. Pag. 222 notatur collatum hucusque esse. Sub Grimaldo patratus. Sæc. X, membr. in-fol. (S. 5.)

173. Ejusdem tenoris ac præcedens est. — Codex optimus, characteres robusti. — Sæc. IX, membr. in-fol. (S. 13.)

174. S. Augustini Epistolæ; pag. 1 Antiphona de S. Wiborada c. not. et ibidem cantilena de S. Gallo; pag. 191 Probatio argenti; pag. 194 Ænigma arte calculatoria solvendum. Codex optimus et correctus vel littera r (*require*) notatus a scriptore quodam aliud exemplar non habente, notisque ab Ekkehardo IV, hinc inde intermixtus. Voces Teutonicæ, v. g. *chorsangere*, *choraula*, *sueglare*, *orgenare*. Sub Grimaldo patratus. Sæc. XI, membr. in-fol. (S. 56.)

175. S. Augustinus, De trinitate. – Codex optimus c. adjectis notis IV lectorum, quorum junior Ekkehardus IV, esse videtur. Is ait pag. 64: *Alius incautus erat, qui hunc librum velut correxit.* In infirmo margine sæpe delineationes hominum, animalium, etc., cernuntur. Sæc. IX, membr. in-fol. (S. 8.)

176. Eugippi Excerpta ex Operibus S. Augustini. Correctores vitiose scripti codicis tres. Primus pag. 18, 39 vel 71, etc., ad alia exemplaria provocat. Manus Ekkehardi IV, visitur pag. 295, 130, 214, etc. Nota de cella S. Galli pag. 298 ab Ekkehardo adjecta Sæc. IX, membr. in-fol. (S. 9.)

177. S. Augustini De civitate Dei lib. I.-XIV. — Codex in scripturæ forma aliis dissimilis, utpote in Gallia scriptus juxta inscriptionem pag. 452: *Hunc librum Heribaldus, Autissiodorensis ecclesiæ episcopus, S. Stephano pro vita æterna.* Sæc. IX, membr. in-fol. maj. (S. 7.)

178. S. Augustini De civitate Dei lib. XI.-XXII.— Codex bonus. Tres lectores notas ei adscripsere; ultimus eorum est Ekkehardus. Codex in commune patratus. Sæc. X, memb. in-fol. maj.

179. S. Augustini De civitate Dei lib. I.-XXII. Sæc. XIV, chart. in-fol. min. (S. 96.)

180. S. Augustini Homiliæ in I. S. Joannis epistolam; Orationes et præfationes de S. Marco, Afra, Othmaro. — Optimus codex, sed ab initio madefactus. Sæc. IX, membr. in-fol. min. (S. 217.)

181. S. Augustini Homiliæ in Apocalypsin. — Diversis scriptus manibus. Sæc. IX, memb. in-fol. min. (S. 223.)

182. Cassiani Collationes, deutsch für die Laienbrüder. Es gehörte dem Anton von der Gais, pag. 570. Sæc. XV, membr. in-fol. (D. 171.)

183. Cassiani Collationes et pag. 1, Vocabularium teutonicum. — Codex præclarus, robustis characteribus scriptus, litteris initialibus variis coloribus expletis. Sæc. IX, membr. in-fol. (S. 50.)

184. S. Prosper in psalmos; S. Augustini et Valeriani Opuscula; De S. Michaele, De computo; pag. 223 anni Domini post ann. 532, ubi nomina Romanorum imperatorum et regum Francorum incongrue assignata conspiciuntur; pag. 243 Loquela digitorum; Versus de Hippolyto; Cantilena bibulorum; Gradus consanguinitatis; formularum exemplar; Teutonicum vocabularium. Sæc. X, membr. in-fol. (S. 105.)

185. S. Prosper, De promissis. — Codex præclare ab initio sæc. IX, scriptus, charactere longobardico. Pag. 217 verba in principio exarata sunt litteris merowingicis. Sæc. IX, membr. in-fol. min. (S. 134.)

186. S. Prosper, De vita contemplativa c. effigie Armati. Pag. 193, scriptura secreta. — Scriptores duo, ut videtur, extranei adhibiti sunt. Sæc. X, membr. in-fol. min. (S. 221.)

187. Solinus de situ orbis terrarum; S. Prosper, De vita contemplativa et epigrammata; S. Ambrosius, De bono mortis; Versus acrostici de S. Gallo. — Libri duo diversi colligati. Compactura secunda. Sæc. X, memb. in-fol. (S. 205.)

188. Homiliæ S. Maximi, episc. Taurinensis. — Codex omnium antiquissimus, scriptus Romana unciali. Pag. 226 omissa restituuntur characteribus merowingicis. De hoc codice lege addidamenta in catalogo ms. a d. magno Hungerbuler. Sæc. VII, membr. in-fol.

189. Eucherii Quæstiones; Isidori jun. Lib. differentiarum; S. Hieronymus sup. Danielem. — Scriptura sæc. VIII, desinentis vel IX, inchoantis est. Codex bonus. Compactura prima. Calami probationes sunt: *Unneheri, peroliubeli, hundisgizila. Cotepnet scripsit.* Membr. in-8° maj. (S. 218).

190. De S. Joanne evangelista; Epistolæ variorum pretiosæ, ut Fausti, Rejensis presbyteri, Ruricii episc. epistolæ, Desiderii Cadurcensis epistolæ. — Codex iste Baluzio cum aliis fuerat missus et ab eo excerptus. Compactura secunda. Sæc. IX, membr. in-8°. (S. 368. *Vid.* PERTZ, *Reise*, pag. 508.)

191. Gennadius, De viris illustribus; Claudiani Poemata; Libri canonici. — Duo opuscula diversa in unum compacta sunt codicem. Gennadius in reformatione ablatus a Schobingero posthinc redemptus est. Sæc. X et XII, membr. in-8°. (S. 372.)

192. Fulgentius, De virtutibus, De VII sacramentis. Sæc. XIV, membr. in-4°. (S. 499.)
193. Codex rescriptus. Prima scriptura referebat librum Danielis vulgaris versionis, litteris minusculis Romanis sæc. VI scriptum; secunda homilias Cæsarii, Augustini, Hieronymi et voces Teutonicas. Sæc. IX, membr. in-8°. (S. 367.)
194. Codex rescriptus. Prima scriptura, sæc. VI, ex litteris minusculis et uncialibus mixta, continet fragmenta lib. Proverbiorum, Cantici canticorum, Ecclesiastici, Sapientiæ; secunda scriptura sæc. VIII, homilias S. Cæsarii; membr. in-8°. (D. 430.)
195. Ferrandi diaconi Tr., qualis debeat esse dux. — Codex bonus. Compactura prima. Sæc. X, membr. in-8°.
196 Fortunati Venantii Carmina; Symphosii Ænigmata. — Codex bonus c. not. adjectis. Græcarum vocum et mensuræ explicatio in operculo anteriori legitur. Sæc. X, membr. in-4°. (D. 236. *Vid.* PERTZ, *Reise*, pag. 461, 511.
197. De excidio Trojæ; Carmina Aviti, Columbani, Theodulphi, Waltrammi, Juvenci, Sedulii. — Codex collectaneus poëticus a diversis scriptus et in unum ligatus. Sæc. X, membr. in-4°. (D. 205.)
198. Alcimi Aviti Carmina. — Codex bonus. Sæc. X, membr. in-4°. (D. 348.)
199. Cassiodorus, De institutionibus et VII artibus; Excerpta ex S. Augustino. — Codex bene scriptus. Sæc. X, membr. in-4°. (S. 244.)
200. Cassiodorus in psalmos; Alcuini Rhetorica et Musica. — In initio codicis signorum aliqua in margine notari solita explicantur. Usque ad quaternionem VI variæ manus observantur. Compactura secunda. Est a Grimaldo patratus. Sæc. X, membr. in-fol. maj. (S. 46. *Vid.* PERTZ, *Reise*, pag. 510.)
201. Cassiodori in psalmos pars secunda. Sæc. X, membr. in-fol. magn. (S. 47.)
202. Cassiodorus in psalmos, pars tertia. — Pag. 232, initiales scribuntur colore cæruleo. Sæc. X. membr. in-fol. magn. (S. 48.)
203. S. Gregorii M. XL Homiliæ; Ficheti Rhetorica; Jus naturæ, dictatum 1462 tempore tribulationis; Dialectica; Persii Satyræ. Sæc. XV, chart. in-fol. (D. 108.)
204. S. Gregorii M. LX Homiliæ, lege capitularium Francorum cuilibet parocho haberi præceptæ.— Codex munde et nitide scriptus initialibus litteris pulcherrime deauratis et depictis in membrana candida et sibi simili. Pag. 2 legitur : *Ripold scripsit, Adelmus scripsit*. Sæc. X, in-fol. magn. (D. 76.)
205. S. Gregorii M. in Job libri XXXV excerpti. — Initiales coloratæ. Codex est ab eadem manu scriptus, excepta pag. 236. Sæc. IX, in-fol. magn. (D. 33.)
206. S. Gregorii in Job pars I. — Robusta scriptura. Pag. 1. *Liber Sancti Galli*, characteribus cuneatis exaratum est. Pag. 324, de Conradino rege, episc. Constantiensi et abbate Bertholdo ad annum 1262 legitur nota. Sæc IX, in-fol. magn. (D. 32. vid. *Monumenta*, pag. 71.)
207. Ejusd. operis pars II. — In ecclesia olim hi tomi asservabantur, sub directione custodis S. Galli. Sæc. IX, in-fol. magn. (D. 39.)
208. Ejusd operis pars V, amissis parte III et IV. — Scriptura robusta, membrana candida et firma. Sæc. IX, membr. in-fol. magn.
209. Ejusd. operis pars VI et ultima. — Codex optimus, scriptura robusta et membrana candida ac firma. Sæc. IX, in-fol. magn.
210. Ejusd. in Job lib. XXXII, et XXXV, alterius editionis ac præcedens; ab initio et in fine sermones duo alia manu scripti. — Codex optimus initio sæc. IX eadem manu scriptus. Membr. in-8°. (S. 135.)
211. Homiliæ S. Gregorii M.; responsoria c. notis de S. Othmaro ad nocturnos et processionem. — Codex egregius, in membrana solida robustis characteribus nitide scriptus. Sæc. IX, in-fol. magn.
212. Homiliæ X S. Gregorii M. in Ezechielem pars II. — Codex eadem manu circa a. 850 correcte scriptus. Sæc. IX, membr. in-4°.
213. Codex rescriptus, libros dialogorum S. Gregorii, sæc. IX scriptos, nunc exhibens, prius autem institutiones Lactantii, sæc. IV et V scriptas. — Codex, quoad membranas, omnium antiquissimus; in-fol. min.
214. Fragmenta codicis Merowingici, dialogos S. Gregorii continentis. — Paginæ istæ scriptura Merowingica nitide pictis capitalibus et uncialibus rubris scriptæ sunt, converso atramento nigro in colorem viridem circa finem. Reliquiæ admodum raræ. Sæc VII, membr. in-4°.
215. S. Gregorii M. Lib. dialogorum. — Codex optimus. Membrana solida et scriptura robusta, alias ad s. scriptur. exarandam abhiberi solita. Signum, quo locus, ubi lectio continuanda sit, demonstrabatur, adhuc adest. Sæc. X, in-fol. (S. 78.)
216. S. Gregorii M. Lib. pastoralis; S. Hieronymus, De gradibus sacerdotum. — Codex bonus, magna diligentia circa 840 scriptus. Pag. 223 legitur : *Regiboldus noster bonus comes*. Opercula cupro et opere encausto sunt obducta, in quo imagines crucifixi et judicis partim sculptæ, partim cœlatæ sunt. Sæc. IX, memb. in-fol. (S. 82.)
217. S. Gregorii M. Lib. pastoralis; Liber medicinalis (pag. 252); Botanicon (pag. 275). — Opuscula duo diversa in uno volumine colligata. Membrana impura. Compactura secunda. Sæc. IX, in-fol. min. (S. 225.)
218. De S. Pelagio et ejus agone; S. Gregorii M. Lib. pastoralis. — Codex tribus locis mutilus, scissuris et foraminibus et paginis aliquibus character. diform. plenus. Pag. 158 præter imagines canum, leporum et illa auctoris delineata adest. Sæc. X, in-4°. maj. (S. 192.)

219. S. Gregorii M. Lib. pastoralis. — Membrana sordida, characteres parvi, sed lati margines. Sæc. IX, in-8° maj. (S. 250.)

220. S. Gregorii M. Lib. pastoralis. — Aliquæ paginæ manu recentiore exaratæ sunt. Compactura secunda. Sæc. x, membr. in-8°. (S. 393.)

221. Homiliarum B. Gregorii M. XXVI. — Scriptura sæc. IX, octavo appropiante in membrana sordida et rigida exarata est, depictis initialibus. Sæc. IX, in-8°. (D. 395.)

222. S. Isidori Lib. officiorum; baptismus (pag. 137); capitularia (pag. 139). —Codex mundus et bonus. Sæc. x, membr. in-4°. min. (S. 434.)

223. S. Isidori junioris Lib. de synonymis; Orationes ad judicium, ad missam; Catalogus abbatum S. Galli. — Compactura prima. Sæc. XII, membr. in-4°. min. (S. 433.)

224. S. Isidori Lib. differentiarum; S. Augustini Enchiridion. — Membrana varia, densa, obscura et subtilis ac candida. Scriptura clara, facil. legenda. Codex mutilus pag. 173 et in fine. Sæc. IX, in-4°. (S. 274.)

225. S. Isidori Lib. differentiarum; Passio SS. Felicis et Regulæ; Lib. Methodii; dicta S. Hieronymi. — Membrana sordida, crassa; characteres crassi et distincte designati; initiales depicti. Sæc. VIII, in-4°. alt. (D. 218.)

226. Codex rarus, scriptus in papyro ex corticibus arborum confecto, Isidori sermonem continens et duos ad monachos. — Pretiosa hæc folia, in principio et fine mutila, divergunt ab editis. Vide notam exemplo a D. Magno subjectam, qui folia prædicta membranis marginari curavit. Scriptura Merowingica in prima pagina. Sæc. VII, in-4°.

227. S. Isidori Libri sententiarum et officiorum; Sermones S. Augustini, Chrysostomi, Hieronymi, Gregorii; Expositio IV evangeliorum. — Codex bonus et ævo suo conveniens. Compactura prima. Nomina Wolfram, Abo, monachorum contemporaneorum S. Galli sunt. Sæc IX, in-8°. (S. 270.)

228. S. Isidori Sententiarum libri III, seu de summo bono. — Continet membranam obscuram, rigidam et scriptura ævo suo convenientem. Prima compactura. Sæc. IX, in-8° maj. (S. 277.)

229. S. Isidori Sententiarum libri III. — Codex optimus, pulcherrime et depictis initialibus scriptus. Characteres ab initio Scotticum quid spirant; eorum nitor paulatim minuitur et membranæ tenuiores apparent. Sæc. x, in-fol. min. (S. 202.)

230. S. Isidori Libri III, seu De summo bono; Eucherii, Augustini, Gregorii, Eligii Sermones; Passio S. Dionysii. — Codex collectaneus præclarus, pictis initialibus in membrana pulcherrima, hinc inde consarcinata, minutis litteris exaratus. Sæc. IX, in-fol. (S. 297.)

231. S. Isidori Etymologiarum Libri x, pars I. — Codex optimus, pag. 374 mutilus membrana inæqualis. Sæc. x, in-fol. (S. 169.)

232. S. Isidori Etymologiarum libri XI-XX. pars II. — Codex optimus. Intus in operculo anteriori nomen Notker eadem scriptura secreta scribitur, quam Isidorus in codice, pag. 231, docet. Compactura prima Sæc. x, membr. in-fol. (S. 173.)

233. S. Isidori Etymologiarum lib. VI-XV. — Dissimiles sunt sibi membranæ et scripturæ in parte prima, in altera a pagina 878 similes plerumque. Fuit hæc pro separato codice exarata, ut ex numeris quaternionum liquet. Sæc. IX, in-fol. (S. 201.)

234. Vocabularium vel dictionarium biblicum. — Codex papyraceus, pessime scriptus. Anno 1402 Heinric Lütenrieter. presbyter a Nicolao Mundli illum una libra Haller (Pfund Häller) emerat. Sæc. XIV, in-4° maj. (S. 432.)

235. S. Isidori Etymologiarum lib. XII-XIII; De baptismi ceremoniis. — Codex in pergameno pulchro diligenter scriptus ab initio sæc. IX, hinc connexiones litterarum Longobardicæ et characteres Merowingici frequentes. Scriptura pedetentim decrescit Ligatura prima. Initiales elaboratæ absque coloribus. Membr. in-fol. min. (S. 168.)

236. S. Isidori Etymologiarum lib. XII-XX. Codex optimus, eadem manu pulchre scriptus. Sæc. x, membr. in-fol. (D. 165.)

237. S. Isidori Etymologiarum lib. I-XX; pag. 2 de monstris humanis. — Codex optimus, depictis initialibus et multis verbis colore viridi aut flavo. Pag. 1 Orbis terræ delineatus. Pag. 327 Alphabetum Scythicum et Slavicum. Ibidem superstitiosa de angelis. Pag. 326 græca. Ligatura secunda. Sæc. IX, membr. in-fol. (D. 174.)

238. Winitharii, S. Galli anno 767 decani, Codex collectaneus, continens vocabularium, quæstiones ex S. Hieronymo et Isidoro, Seneca, scriptura s. — Codex scriptus a D. Winithario ante annum 767, quo ut decanus recurrit, etsi characteres diversi plures scriptores indicare videantur. Membr. in-fol. (D. 162.)

239 S. Isidorus in Pentateuchum, Josuam, etc. — Volumen recte et bene scriptum. Sæc. IX, membr. in-fol.

240. S. Isidori Lib. procemiorum; De sanctis Vet. et Novi Testamenti; Allegoriæ de natura rerum, officiorum divinorum. — Codex nitide scriptus, latis marginibus. Figuræ astronomicæ pag. 158. Tituli unciales rubri bene scripti. Sæc x, membr. in-fol.

241. S. Gregorius per Paterium excerptus; S. Hieronymi Quæstiones; S. Augustini Homiliæ; Expositio symboli et orationes Dominicæ. — Duo codices bene scripti colligati sunt. Sæc. IX, in-fol. (S. 193.)

242. S. Notkeri Hymni de beato Stephano in Metensi urbe patrono; Adelhelmi et Sedulii Carmina; Teutonica de VII tonis et vocabularia. — Codex collectaneus, in quo

diversæ manus et membranæ. Duæ ultimæ paginæ scriptura Longobardica ad finem sæc. VIII scriptæ sunt. Sæc. XI, in-4°. (D. 175.)

243. Excerpta Eadberti ex bibliis, SS. Patribus, canonibus pro variis causis. — Membrana solida, pulchra, scriptura nitida. Initiales flavo aut viridi colore obductæ, ut et multæ lineæ. Sæc. IX, in-fol. (S. 145.)

244. Ambrosius Ansbertus in Apocalypsin, pars I. — Librariorum Notkeri et Annonis manus dissimiles sibi multum non sunt. Liquet ex eo, post tempora Gregorii VII libros scriptos fuisse in S. Gallo. Sæc. XII, membr. in-fol.

245. Ejusdem in eamdem pars II. — Codex bonus. Præter librarios Ulricum et Utonem in pag. 339 et Otbertus occurrit. Revera et tres manus observantur librariorum. Notæ in margine Ekkehardi IV, sunt. Ligatura secunda. Membrana dissimilis. Sæc XII, in-fol. (D. 203.)

246. Beda, De divinis officiis. — Codex bonus, scriptura munda, pergamenum crassum. Sæc. XII, in-fol.

247. Bedæ Historia gentis Anglorum. — Codex in commune patratus et munde scriptus. Sæc. X, membr. in-fol. (*Vid.* PERTZ, *Reise*, pag. 118 et 504.)

248. Boetius et Beda, De computo, mathesi, astronomia, geographia, globo et VI ætatibus mundi; Virgilii Fragmenta. — Codex diversis manibus scriptus, multis mathematicis figuris. Ligatura secunda. Sæc. IX, membr. in-fol.

249. Beda, De orthographia; Excerpta ex Terentiano, Scauro; Agroetius, De orthographia. — Codex pulchre et munde scriptus. Membrana optima et candida. Partis primæ scriptura sæculum VIII, præ se fert. In-fol. (S. 195.)

250. Collectio tractatum de astrologia, cursu lunæ, ciclo paschali, tempore, etc.; Astrologia Arati c. globo et signis cœlestibus; astrologia Hygini; computus Græcorum; Beda, De naturis rerum, de VI ætatibus mundi; Columbanus, De saltu lunæ; Calendarium; Wandelberti Calendarium metricum; S. Agustinus et Hieronymus, De paschate; Annales brevissimi. — Codex rarus in S. Gallo a nota manu in pergameno candido, polito scriptus et multum tritus manibus. Zodiacus pag. 519 et cætera bene delineata sunt. Globus cœlestis pag. 472 omnino ad formam hodierni efformatus cernitur. Membrana et scriptura nonnunquam sibi dissimiles. Sæc. XI, in-4°. (S. 195. *Vid.* PERTZ, *Reise*, pag. 503, et *Monumenta*, pag. 62, 69 plures.)

251. Winitharii Collectio pro computo; Beda, De naturis rerum et de tempore. — Scriptura et membrana sæc. IX, convenit. Ligatura secunda. Winitharius, auctor hujus collectionis, vixit in S. Gallo circa a. 870 et 904. (*Vid.* codicem traditionis et catalogum monarchorum antiquum) et est alius ac Winitharius decanus. In-fol. (S. 26.

252. Beda in Epistolas catholicas. — Codex in commune patratus in membrana solida, satis alba. Pag. 205 legitur vox tironianis signis scripta. Tegumentum nigrum recentius est, sicut et omnia rubra. Loca quædam textus erasa sunt et alia manu scripta. Sæc. IX, in-fol. (D. 70.)

253. Beda in Tobiam, Esdram, Nehemiam. — Codex mundus, nitidus. Membranæ pars major solida. Margines lati. Sæc. IX, in-fol. (S. 203.)

254. Beda in Isaiam; Morbus, obitus, epitaphium Bedæ. — Codex purus et pulcher, in quo finis capitum semper metrice indicatur. Pag. 253 verba idiomate anglico a Beda pronuntiata. Sæc. IX, in fol. (D. 20.

255-56. Bedæ Hexaemeron; Isidorus, De Christo; Hieronymus, De filiis Israel; librii Macchabæorum. — Codex collectaneus, colligatis quatuor diversis opusculis a totidem librariis in pergameno nunc pulcherrimo, nunc sordido, nunc et scisso et perforato. Sæc. X, in-4°. (D. 230.

257. Bedæ Comm. in Marcum. — Codex optimus, membrana solida et constanter eadem. Quaternionum numerus litteris nominatur. Pag. 3 Pippinus rex. Litterarum in margine occurrentium sensus ignotus. Ligatura secunda. Sæc. IX, in-fol. (D. 73.)

258. Bedæ Comm. in Joannem. — Codex optimus, a pluribus scriptus; Litteræ initiales A (pag. 5) et In (pag. 6) et notæ marginales manifeste a Scoto scriptæ sunt. Pag. 178, 132, 196, etc., citatur numerus paragraphorum, in quos olim evangelia divisa fuere. Compactura prima. Sæc. IX, membr. in-fol. min. (D. 282.)

259. Beda in Actus apostolorum et in Apocalipsin. — Actus apostolorum una manu in solida et crassa membrana initio sæc. IX, nitide scripti sunt. Uncialis, qua textus scripti visuntur, illam sæc VII, ad vivum exprimit. Secunda pars eodem tempore, ut ex numero quaternionum liquet, exarata est in membrana dissimili; in-fol. (S. 301.)

260. Continet eadem, ac numerus præcedens. — Codex munde et bene scriptus in membrana colore et spissitudine diversa. Hartpertus a Wicramo magistro monitus post medium sæc. IX, compegit, ut pag. 390 legitur; in-4°. (S. 267.)

261. Beda in Epistolas canonicas; S. Hieronymus, De connexionibus litterarum et hebraicis nominibus; Eclogæ tractatuum in psalterium. — Codicis collectanei pars prima in commune patrata est; in altera, ab eodem scripta, citantur in margine SS. patres. Constat membrana exquisita. Sæc. IX, in-4°. (D. 280.)

262. Beda in Epistolas canonicas; Antiphona c. not. de sancta communione. — Codex optimus, membrana solida. Sæc. IX, in-12. (S. 427.)

263. Carmina Bedæ de S. Cudberto; Althelm, De virginitatis laude; Teodulfi, episcopi Aurel., Epistola de suo exsilio ad Modoinum c. Modoini responsione; versus artificiosi. — Scriptura et membranæ pul-

chræ sunt. — Sæc. x, in-4°. min. (S. 456. *Vid.* Pertz, *Reise*, pag. 510.)

264. — Juliani episc. Prognosticon, seu de statu animarum defunctarum; pag. 237. Ekkehardi IV Crisis brevis christianorum et gentilium poetarum. — Volumen nitide et munde scriptum. — Sæc. x, membr. in-8°. (S. 425.)

265. Ermenrici Augiensis Epistolæ; Carmina de S. Gallo; Hippocratis ad Antiochum epistola; Bedæ Vita de S. Cudberto. — Lib. pulchre et ordinate in membrana firma scriptus contra morem San-Gallensium sine duplici columna. — Cum rebus San-Gallensibus sæc. ix, multam lucem effundat, editus est a Mabillonio in analectis, Sæc. x, in-4°. (D. 404.)

266. Beda, De tabernaculo et vasis sacris Judæorum. — Lib. munde scriptus in pergameno potissimum candido. — Compactura secunda. — Sæc. x, in-fol. min. (D. 278.)

267. Catalogus bibliothecæ S. Galli in apographo; Alcuinus in psalmos et alia Alcuini. — Codex in membrana firma, perquam nitide scriptus. — Catalogus recentior non nihil esse videtur. Verba: *hucusque scribe;* pag. 120 indicant, codicem labore diviso descriptum fuisse. Sæc. ix, membr. in-4°. (D. 272. *Vid.* Pertz, *Reise*, pag. 509, 510.)

268. Alcuini Grammatica. — Codex optime scriptus; pergamenum obscurum. — Sæc. ix, membr. in-4°. (D.258. *Vid.* Pertz, *Reise*, pag. 510.)

269. S. Isidori Synonyma; Alphabetum pœnitentiæ; S. Augustinus, De fide; Alcuinus, De fide et sanctissima Trinitate, de virtutibus et alia. — Codex in pergameno candido et polito eadem manu pulchre scriptus. — Sæc. xi, in-4°. (D. 388. *Vid.* Pertz, *Reise*, pag. 510.)

270. Alcuini Dialectica; Tr. de musica; Runæ; vocabularia. — Liber bonus. Sæc. ix, membr. in-4°. (D. 479. *Vid.* Pertz, *Reise*, pag. 462, 511.)

271. Alcuini Epistolæ c. not. tironianis; in fine versus ad ecclesiam et portas S. Petri, ad ejus corpus. — Codex pulchre scriptus in pergameno tenui, sed obscuro, qui jam editus a Canisio rursum edendus Parisios ad Baluzium vectus est. — Sæc. ix, membr. in-8°. (S. 415. *Vid.* Pertz, *Reise*, pag. 509.)

272. Alcuinus, De virtutibus et vitiis, De ss. Trinitate; pag. 214 de anima; pag. 53 Epitaphia Alcuino; pag. 246 vota metrica. — Diversæ hic manus et membranæ. Ab initio desunt viii numeri. Tria diversa opuscula colligata fuere. Sæc. ix, membr. in-8°. (D. 433. *Vid.* Mabillonii *Iter Germanicum;* Pertz, *Reise*, pag. 510, et *Monumenta*, pag. 70.)

273. Versus xii sapientum; Sinphosii Ænigmata; S. Columbani Versus; Gigantomachia; Alcuini Dialectica. — Codex bene scriptus, scriptura inæquali in pergameno solido, minus albo. Sæc. ix, in-8. (S. 429. *Vid.* Pertz, *Reise*, pag. 510.)

274. Categoriæ Aristotelis c. comm. Alcuini. — Codex bene scriptus eadem manu. Sæc. ix, membr. in-fol. (S. 184.)

275. Alcuini comm. in Joannem et homilia in natalem ejusdem Joannis; Epistola Gislæ et Rotthrudis ad Alcuinum. — Bene una manu scriptus in membrana solida. Pag. 1 reliquiæ apparent Virgilii antiquissimi capitalis. Sæc. ix, membr. in-fol. maj. (S. 49. *Vid.* Pertz, *Reise*, pag. 509.)

276. Alcuinus, De ss. Trinitate, et rhetorica et dialectica. — Volumina duo in unum colligata. Illud de rhetorica et dialectica Grimaldus abbas monasterio S. Galli sæc. ix, de suo dedit, ut legitur in catologo n. 267, pag. 31. Codex bene scriptus. Sæc. ix, membr. in-4°. (S. 199. *Vid.* Pertz, *Reise*, pag. 510.)

277. Halitgarius, De vitiis, de pœnitentia publica libri v; Cyprianus, De abusivis sæculi. — Codicis utraque pars ab alio bene scripta; secunda pars, ut videtur, a monacho ex Hibernia orto. Abbas Grimaldus de suo hunc codicem S. Gallo contulit. (*Vid.* Catalogum n. 267, pag. 32, sub falso titulo *Ebonis*) Sæc. ix, membr. in-4°. (S. 418.)

278. Amalarius, De divinis officiis libri iv c. præf. incompleta. — Codex bene in impura membrana tribus manibus scriptus. Pag. 514 legitur scriptura secreta Isidoriana. Sæc. ix, membr. in-4° maj. (S. 227.)

279. Flori excerpta ex S. Agustini tractatu super epistolam S. Pauli ad Romanos. — Codex optime in pergameno pulchro scriptus. Notæ Ekkehardi IV manu ascriptæ sunt; iis auctor operis corrigitur ac vituperatur sæpius. Compactura secunda. Scriptus est jussu Hartmoti abbatis medio sæculo ix. (*Vid.* Catalogum n. 267, pag. 29). In-fol. min. (D. 146.)

280. Ejusdem ex eodem excerpta de Epistolis ad Thessalonicenses, ad Timotheum, Titum et Hebræos; Aviti Epistola ad Orosium. — Codex ab eodem, quo antecedens optime patratus, cum notis Ekkehardi IV pallidis. Jussu Hartmoti abbatis fuit descriptus. (*Vid.* Catalogum n. 267, pag. 30.) Sæc. ix, membr. in-fol. (S. 87.)

281. Ejusdem ex eodem excerpta de Epistolis ad Corinthios i et ii. — Ab eodem, quo antecedentes duo, eodem modo pulchre scriptus. Raræ Ekkehardi IV notæ (*Vid.* Catalogum n. 267.) Sæc. ix, membr. in-fol. (S. 3.)

282. Rhabani Mauri Comm. in Jeremiam prophetam pars ii. — Codex bene in solida membrana scriptus. Litteræ in margine H. M. G. G. org. scribarum citationes sunt. Ekkehardus IV hinc inde correxit textum. Ligatura prima cum inscriptione: pro mensa scriptus est sub Grimaldo abbate. (*Vid.* Catalogum n. 267.) Sæc. ix, in-fol. (D. 28.)

283. Rhabani Mauri Comm. in v libros Pentateuchi. — Codex charactere minuto ab eodem scriba, primo quaternione excepto, pulchre scriptus in pergameno polito,

subtili, sed plerumque minus albo, at æquali et circa finem mixto, absque coloribus et capitalibus. Ante annos XLIV hunc et præcedentem codicem editis contulit illustr. Arx, et lectiones variantes ad S. Emmeranum misit, ubi editæ fuere. Sæc. IX, in-4°. (S. 226.)

284. Rhabani Compilationis ex sanctis Patribus in libros I et II. Regum pars I. Pag. 189. Exemptio mancipiorum anno 1130. — Codex in commune patratus et per duos ordines numerorum quaternalium in duo volumina separatus. Compactura prima cum inscriptione : pro mensa. Sæc. IX, membr. in-4°. (S. 271.)

285. Ejusdem operis pars II; in I et II lib. Regum. — Itidem in commune patratus, in membrana valde diversa. Sæc. IX, in-4°. (S. 228.)

286. Rhabanus Maurus, De institutione clericorum; pag. 3 missa de S. Siro et pag. 9 de S. Ambrosio; Ordo processionis. — Codex ab eodem scriba correcte et bene scriptus. Inter eos, quos Grimaldus abbas de suo dedit, libellos occurrit. (*Vid.* Catalogum n. 267.) Sæc. IX, membr. in-4°. (S. 281.)

287. S. Anselmi, episcopi Cantuariensis, Opusculum, *Cur Deus homo?* dictum. — Libellus sat bene scriptus. Sæc. XII, membr. in-4°. (S. 411.)

288. Collectio Joannis Bürer Opusculorum S. Bernardi, Cypriani, Augustini, Hieronymi, Heinrici de Hassia, Hugonis de S. Victore, Joannis de Tambaco, Joannis Gersonis, Nicolai de Dinkelpül, Ægidii de Roma, Inocentii III. — Codex bene scriptus per Matthiam. Sæc. XV. in-4°. (S. 363.)

289. Liber Floretus, opus theologicum a S. Bernardo versibus auctum. — Codex pessime scriptus. Sæc. XIV, chart. in-fol. (D. 114.)

290. Collectio variorum tractatuum super materias juris canonici Bernardi de Rudolfis, Joannis de Deo, Calderini de Bononia. Sæc. XV, chart. in-fol. (D. 43.)

291. S. Bonaventuræ Explicatio symboli; Berchorius sup. IV. Sententiarum. — Pars I in membrana; altera in papyro est scripta. Sæc XIII et XIV, membr. in-fol. (S. 101.)

292. Vocabularium et Glossæ in omnes Bibliorum libros; item pag. 149 in duas epistolas; item pag. 169 in Symmachi Epistolas; medicorum regulæ; Tr. de cursu lunæ. — Præter morem absque lineis est scriptus et hinc inæqualis. Post pag. 149 multæ voces teutonicæ latinis sunt intermixtæ. Plures manus. Ligatura prima. Sæc. IX, membr. in-12. (S. 482.)

293. P. Galli Kemmli Quodlibeticum biblicum; Summula Raymundi; casus reservati episcopo. — Collectio hæc a Kemmlii manu in papyro exarata est. Sæc. XV, in-12. (S. 483.)

294. Vocabularium seu glossæ in libros biblicos omnes. — Volumen pulchre et correcte in pergameno bene elaborato scriptum. Numerus quaternionum litteris minusculis exprimitur. Sæc. X, in-4°. (D. 380.)

295. Vocabularium et glossæ in libros biblicos, quoad Novum Testamentum ejusdem tenoris ac præcedens. — Volumen multo antiquius antecedente in Veteri Testamento totum differt ab illo. Sæpius quoque nomina vocibus teutonicis explicantur. Sæc. IX, membr. in-4°.

296. Canones concilii Moguntini; S. Hieronymus in Nahum; Fragmentum glossæ brevis in libros Scripturæ s.; Isidori Synonyma. — Tres libri diversi argumenti et a diversis librariis scripti hic colligati sunt et glossæ minutis characteribus exaratæ. Compactura prima. Membrana impura. Sæc. IX, in-4°. (S. 412. *Vid.* PERTZ, *Reise*, pag. 508.)

297. Galli Kemmli textus sacri ex libris biblicis exarati. Sæc. XV, chart. in-4°. (S. 335.)

298. Comm. in Leviticum et Matthæum. — Iterum duo distincta opuscula colligata sunt. Primum absque separatione consueta in duas columnas scribi cœptum, postea in eas fuit distinctum. Sæc. XII, membr. in-4°. (D. 221.)

299. Explicantur hic latine et scottice, sæpe teutonice, nonnunquam græce voces aut sententiæ ex libro scripturæ s., sanctorum patrum, conciliorum, historiæ naturalis et ecclesiasticæ ex Cassiodoro, Orosio et Eusebio desumptæ. — Codex optimus et madefactione læsus et admodum mutilus. Explanator nunc hunc, nunc istum librum exponit; is diversas editiones noverat. Teutonica plurima et græca pag. 287. Wikrami pag. 38, Ratoldi pag. 287, Adhelmi pag. 331, nomina occurrunt. Sæc. X, membr. in-4°. (D. 271.)

300. Comm. in psalmos. Scriptura abbreviationibus plena, cæterum pulchra et ordinata. Sæc. XII, membr. in-fol. (D. 276.)

301. Comm. in psalmos; Isagoge juris canonici; Articuli Huss; Lamentatio Joannis XXII, P. — Gentilitium signum von dem Berg pag. 1, quod probat, clericum von dem Berg ejus fuisse possessorem, qui et alibi occurrit. Sæc. XV, chart. in-4°. (D. 381.)

302. Dictata professorum Maldonati et Peutewin in Magistrum Sententiarum a Jodoco Ruostaller, S. Galli cœnobita, a. 1565 Parisiis studente excepta. Sæc. XVI, chart. in-4°. D. 373.)

303. Gersonis cancellarii plura Opuscula; Dinkelspül, De tentationibus; Nicolaus de Lyra in Apocalypsin. — Codex papyraceus, scriptus a Matthia Burer, capellano in Memmingen. Sæc. XV, in-4°. (D. 345.)

304. Somnia superstitiosa; Epistolaris instructio; Epistolarum formulæ; Comm. in Cantica cantic.; Processus judiciarius; Titulus patrimonii, pag. 3; præsentatio patroni ad Dorenbüren. — Codex papyraceus, cujus una pars a. 1436 scripta est.

305. De epistolis scribendis; Formulæ carmm; Comm., in Matthæum. Sæc. XV, chart. in-4°. (D. 302.)

306. Homiliæ in lectiones S. Evangelii et

de sanctis. — Codex pergamenus, scriptus minuscula inæquali. Sæc. xii, membr. in-4°. (S. 329.)
307. Homiliæ in lectiones Evangelii, pars ii, Sæc. xv, chart. in-8°. (D. 460.)
308. Homiliæ in lectiones Evangelii, pars i; Litaniæ. Sæc. xv, chart. in-8. (D. 459.)
309. P. Galli Kemlin libellus quodlibeticus de psalmis, de s. cruce, missa, virtutibus; sermones. — Codex papyraceus, partim a P. Gallo scriptus, partim collectus. Sæc. xv, in-8°. (D. 456.)
310. Comm. in Apocalypsin. — Scriptura ordinata æqualis in membrana pulchra. Sæc. xiii, in-fol. min. (S. 196.)
311. Geneseos mystica explanatio. — Membrana solida, cornea, diaphana, ut Scottica esse solet. Sæc. xi, in-fol. (S. 153.)
312. Comm. in centum psalmos. — Characteres minuti. Abbreviationes multæ; sæpe litteræ initiales pro vocibus integris ponuntur. Sæc. xii, membr. in-fol. min.
313. Walafridi Strabonis Comm. in psalmos, pars ii. Codex optimus, pulchre scriptus, sed quo non multum proficies. Compactura prima. Sæc. xi, membr. in-fol. (S. 89.)
314. Comm. in psalmos; Sermones S. Bernardi. — Duo diversa opuscula in unum colligata. Sæc. xii, membr. in-fol.
315. Notæ in psalmos; xlvi Meditationes de passione Domini; Tres Jacobi sermones; Legenda S. Verenæ. — Antonius de Gaisberg, pater abbatis Francisci, possessor codicis fuerat. Sæc. xiv et xv, chart. in-fol.
316. Comm. Conradi Soltonis in psalmos.— Cursiva et multis abbreviationibus scriptus, attamen studiose. Emptus fuit a. 1422 a Nic. Mündli 4 florenis p. Henr. Lütenrieter. Sæc. xiv, chart. in-fol. (S. 141.)
317. Compendium expositionum S. Augustini in psalmos usque ad lxxvii.—Codex optimus. Recensetur in catalogo bibliothecæ S. Galli sæc. ix, sed volumen secundum jam deest. Sæc. ix, membr. in-fol. (S. 93.)
318. Nic. de Lyra Comm. in psalmos. — Codex papyraceus cum signo lilii, circa finem sæc. xiv, scriptus; pag. 1 benedictio decani, prioris, vel cellarii suum officium adeuntis. Sæc. xiv, in-fol. (D. 62.)
319. Comm. in psalmos ex s. Patrum locis. — Desunt in principio xxv quaterniones. Membrana candida, codex optime scriptus. Sæc. xii, in-fol. (D. 27.)
320. Expositio moralis libri Cantici canticorum; Roberti Descriptio expeditionis in terram sanctam et de S. Thoma mirabiles fabulæ. —Duo opuscula diversa colligata sunt; prius studiose est exaratum ab habili librario. Sæc. xiii, membr. in-fol. (S. 108. *Vid.* Pertz, *Reise*, pag. 505.)
321. Collecticia; Breves legendæ; Sermones sacri; Preces piæ; Gregorii P. Epistola de sanctissimo; Brandani Oratio; pisces quo mense optimi. Sæc. xiv, et xv, chart. in-fol. (S. 70.)
322. Haymonis Comm. in Isaiam. Codex nitide in pergameno albo scriptus. Pag. 104 alia scriptoris manus deprehenditur. In margine diversorum sæculorum notæ occurrunt. Sæc. xi, in-fol. (S. 22.)
323. Bernardi de Parentinis Expositio missæ; comm. in Isaiam. — Duo opuscula colligata sunt; ea emit Lütenrieter a. 1422 a Nic. Mündli. Sæc. xiv, et xv, chart. in-fol. (S. 131.)
324. Nic de Lyra Postilla in tria evangelia. In margine frequentes notæ teutonicæ hilares. In scheda pag. 200 magistri Joannis de Adorf fit mentio. Compactura secunda. Sæc. xiv, chart. in-fol. (D. 160.)
325. Nic. de Lyra Postilla in iv Evangelia ejusd. c. præcedentibus tenoris. Codex descriptus de exemplari a monasterio Stambs accepto et mutuato. Sæc. xv, chart. in-fol. (D. 127.)
326. Nic. de Lyra Postilla in iv Evangelia ejusd. c. præcedentibus tenoris; ejusd. Tabula seu Canon evangeliorum. — Codex membranaceus, cursiva et abbreviaturis fœde deformatus. Anno 1453 Ramspergii civis erat. Sæc. xiii, in-fol. (D. 63.)
327. Collecticia de passione Domini et sermones sacri. — Codex diversorum scripta continens. Primum exaratum est a. 1449 ab Ulrico Aepli, plebano in Sittrendorf, ad instantiam domini Conradi Hör, parochi in Gossau; alterum absolutum est a. 1443. Est in fine mutilus. Chart. in-fol. (D. 107.)
328. Collecticia de passione Domini, nempe Henrici de Hassia et mag. Jordani et concordantiæ textus; articuli 65 de passione Domini Jordani. — Codex impensis Conradi Bainly, fratris ex conventu Constantiæ, scriptus. Sæc. xv, chart, in-fol. (D. 158.)
329. Super *Pater noster*, Symbolum, Decalogum, amorem Dei et proximi; Jacobi de Voragine Sermones de tempore; biblia B. Virginis; Sermones. — Codex, scriptus a Joanne Engler, coadjutore S. Laurentii et beneficiato S. Leonardi in suburbio S. Galli, et a Joanne Schorant, a. 1399, impensis Joannis Lener. Post pag. 363 eum prædictus Conradus Bainly describi fecit; chart. in-fol. (D. 170.)
330. Tractatus in Epistolas D. Pauli. — Codex diligenter exaratus. Membrana valde dissimilis, ab initio madefacta. Textus sacer ruber. Puncta tria angularia, ceracea, in margine in hoc et aliis codicibus occurrentia innuunt, requirendum esse. Compactura prima. Sæc. ix, in-fol.
331. Postilla in Epistolas D. Pauli. — D. Caspar Wirth, civis Sangallensis, hunc codicem possedit. Sæc. xv, chart. in-fol.
332. Nic. de Lyra Postilla in Actus apostolorum et in Epistolas D. Pauli; additiones mag. Pauli, episc. Burgensis, baptizati Judæi. — Postillam in Actus apostolorum Matthias Bürer scripsit. Sæc. xv, chart. in-fol.
333. Haymo super Epistolas et Evangelia per annum, pars hiemalis. — Codex membranaceus studiose scriptus, in quo plures paginæ deperditæ, at sæculis subsequentibus restauratæ fuere; multum usi-

tatus fuit. Sæc. x et xii, in-fol. (S. 12.)
334. Innocentii P. V. Dominicani, Pet. de Tarentasia prius dicti, Comm. in Epistolas D. Pauli. — Codex membranaceus, studiose et munde scriptus non diu post mortem Innocentii, quæ a. 1276 contigit. Sæc. xiii, in-fol. maj. (S. 23.)
335. Hugwici Lexicon latino-teutonicum, quod et in codice n. 525 exstat; item vocum biblicarum et liturgicarum expositio. — Codex papyraceus, cujus pars prior a. 1446 p. Matthiam Bürer exarata est. In-fol. (D. 130.)
336. Exempla biblica; Similitudines seu figuræ morales; sermones sacri. — Codex papyraceus a coadjutore apud S. Laurentium, Joanne Keller de Berg, scriptus a. 1443. Possedit is et codicem n. 753. Sæc. xv, in-fol, (D. 105.)
337 a. Cordiale de iv novissimis; De ordine Benedictino; De Dei providentia; De perversione Ecclesiæ Romanæ a. 1417; De libris historicis scripturæ s. — Codex papyraceus, diversis manibus alibi scriptus, ut ex signis papyri insolitis patet. Sæc. xv, in-fol. (D. 198.)
337 b. Missale juxta morem antiquum c. multis sequentiis. — Codex membranaceus, optime scriptus in S. Gallo. Membrana pulchra. Ex monasterio S. Joannis a. 1806 huc reportatus. Sæc, xiv, in-fol. magn.
338. Antiphonarium; Sacramentarium; ordo Romanus; liber comitis; *Gloria* et *Credo* græce; Teutonica culparum confessio; Hartmanni Hymnus. — Codex studiose in membrana subtili et candida a quodam Cotteschalco scriptus et duabus picturis decoratus; in principio et in fine mutilus. Illo usus est Gerbertus. Sæc. x, in-4°.
339. Antiphonarium missæ; Sacramentarium; Reliquiæ altarium; Calendarium et adnotatio servitiorum; Missæ votivæ; Preces; Benedictiones. — Codex studiose scriptus. Color auri in litteris canonis omnino pallidus. Dies festi S. Galli, S. Othmari, S. Wiboradæ adsunt. Eo Gerbertus usus est. Sæc. x, in-4°. (S. 232.)
340. Antiphonarium missæ; Sacramentarium; Calendarium; preces in missa; Missæ votivæ plurimæ, fere ejusd. tenoris ac præcedentes. Codex pulcherrime scriptus c. deauratis litteris et pict. Pag. 38 gloria græce et latine script. Membrana subtilis et candida. Morabatur et hic in S. Blasio. Sæc. x, in-4°. (S. 238.)
341. Calendarium simplex; Directorium missæ; Sacramentarium c. picturis iv; Benedictio baptismi ut in præcedentibus, sic et orationes et præfationes de S. Gallo, de S. Othmaro, S. Wiborada; Missæ de S. Fide et Elisabetha posterius adscriptæ; multæ missæ votivæ. — Codex, cui candida membrana, scriptura et splendescente auro vix ullus par est. Pag. 36 scriptura, capitalis et uncialis pulcherr. Sæc. x, in-4°. (D. 183.)
342. Calendarium et in ejus fine necrologium serius adscriptum; antiphonarium missæ; sacramentarium S. Gregorii; Multæ missæ votivæ; Reliquiæ in altaribus. — Codex egregie et artificiose scriptus. Litteræ initiales plerumque pulcherrime pictæ et delineatæ. Aurum minus splendet. Multis in locis additiones recentiores. Sæc. x, membr. in-4°. (S. 294.)
343. Sequentiæ ad missam; Antiphonarium missæ; Lectionarium missæ. — A pagina 121 ad 247 manu recentiore omnia scripta sunt. Codex spissus, munde scriptus, additionibus exceptis. Pag. 122 est rescripta. Pag. 232 sub icone crucifixi imagines sunt duorum monachorum rude depictæ. Canon ut hodie. Sæc. x, membr. in-fol. min. (S. 149.)
344. Sequentiæ ad missam; Calendarium simplex; Sacramentarium, ubi canon ut hodiernus; Ordo baptismi. — Characteres codicis Scotticam scripturam olent, haud dubie a Scoto exarati. Sæc. xii, in-fol. min. (S. 160.)
345. Plenarium missæ, id est Collectæ, Epistolæ, Evangelia, Sequentiæ graduales. — Scriptura Gothica. Codex absque sumptu scriptus. Sæc. xiv, membr. in-8°. (S. 395.)
346. Plenarium missæ; Canon hodiernus. — Codex Gothicis litteris et depictis initialibus nitide scriptus, sed non in S. Gallo. Sæc. xiv, membr. in-8°. (S. 386.)
347. Sermones sanctorum Patrum pro lectionibus in matutinis; Capitula horarum; Baptismus; Collectæ; Benedictiones; Unctio infirmi; Psalterium. Sæc. x et xi, membr. in-4°. (S. 403.)
348. Sacramentarium Gelasii P. — Codex insignis pictis artificiose initialibus et auratis uncialibus rubricis. Fuerat devectus in S. Blasium. Sæc. ix, membr. in-4°. (S. 290.)
349. Fragmentum Sacramentarii; Decretales Innocentii P.; Instructio ecclesiastici ordinis et missæ Romanæ et monasterii ordinis. — Initio sæculi ix character respondet. Membrana impura. In-fol. min. (S. 258.)
350. Sacramentarii insignis fragmentum, hebdomades ante et post pascha ac missas votivas et benedictiones continens. — Codex egregie scriptus depictis artificiose initialibus in modum codicis num. 348. Sæc. ix, in-4°. (S. 302.)
351. Missale Diethelmi Blarer; Expositio ceremoniarum. — Compilavit et scripsit Fridolinus Sicher de Episcopicella, organœdus S. Galli et capellanus S. Jacobi. Preces missæ aliquæ ab hodiernis deviant. Sæc. xvi, chart. in-4°. (S. 446.)
352. Missale plenarium confuso festorum ordine. — Hunc librum a. 1590 possidebat Georgius Reding, præfectus Doggii. Sæc. xv, chart. 12. (S. 497.)
353. Antiphonarium missæ et sequentiæ. — Libellus in S. Gallo scriptus, rubris, rubricis. Sæc. xiv, membr. in-8°. (S. 456.)
354. Orationes ante, in et post missam; Benedictiones per circulum anni. Codex bene et munde scriptus, rubris rubricis. Benedictiones tum festive cum his oratio-

nibus populo impertiebantur. Sæc. xi, membr. in-4°. min.

355. Missale plenarium cum sequentiis multis; Pictæ decorationes tres. — Volumen sub abbate Francisco a cœnobita Conrado Haller, Wilensi, scriptum nitide et studiose pro capella S. Joannis Bapt. in S. Gallo. Sæc. xvi, membr. in-fol. (S. 25.)

356. Missale plenarium; Festivale c. sequentiis pictis floribus et imagine crucifixi in plano deaurato. — Volumen sub abbate Ulrico VIII scriptum. Sæc. xv, membr. in-fol. (S. 30.)

357. Missale plenarium c. sequentiis et multis ac curiosis picturis in marginibus. — Liber sub abbate Diethelmo scriptus magnifice in usum prælatorum, tempore, quo jam impressi missales libri comparari poterant. Sæc. xvi, membr. in-fol. (S. 15.)

358. Missale plenarium c. sequentiis. Sæc. xvi, chart. in-fol. (S. 27.)

359. Antiphonarium B. Gregorii M., illud ipsum, quod Cantor Romanus Roma huc attulit. — Codex pretiosus, tam ob antiquissimas imagines eburneas in operculo, tum ob textum, notas et ejus historiam. Sæc. ix, membr. in-fol.

360. Hymni et litaniæ, olim in S. Gallo in processionibus decantatæ. — Codex S. Gallo pretiosus, cum ea, quæ, exhibet, domestica sint et a domesticis elaborata. Sæc. xii, membr. in-fol. (M. 35.)

361. Antiphonarium missæ; Calendarium et Necrologium; Notæ marginales asceticæ; Index reliquiarum in tribus altaribus. Sæc. xii, membr. in-fol. (S. 132.)

362. Missæ quædam in notis musicis, a. 1550 script. Chart. in-fol.

363. Evangelien-und Epistelbuch. — Codex papyraceus, script. a. 1483 per Elisabetham Muntpratin, sororem in monasterio S. Catharinæ in S. Gallo, in cujus proprietatem transierat. In-fol.

364. Evangelien-und Epistelbuch. — Codex papyraceus, quondam fratrum Conversorum, a. 1494 scriptus. In-fol.

365. Lectionarium missæ, evangelia et epistolas comprehendens. — Codex diversis manibus ab initio sæc. ix, vel in fine viii scriptus in membrana immunda absque splendore in liturgicis usitato. In-fol. (D. 197.)

366. Epistel-und Evangelienbuch. — Quondam sororum in closa Altstettensi. Sæc. xv, chart. in-fol.

367. Liber evangeliorum c. indice reliquiarum trium altarium. — Codex splendide et nota manu minore robusta scriptus, initialibus deaur. et arabescis plurimum decoratus, membrana pulchra et solida. Litteræ unciales et capitales in singulis paginis deauratæ. Sæc. ix, membr. in-fol. (D. 29.)

368. Liber evangeliorum c. picturis festorum. — Codex præter picturas nullius momenti oblatus fuit abbati Gallo II, a barone Fideli de Turre. Sæc. xv, membr. in-fol.

369. Canon missæ pontificalis c. insignibus picturis. — Codex in bello tricennali Suevico cuidam cathedrali oblatus et Constantiæ venditus. Sæc. xvi, chart. in-fol.

370. Liber anniversariorum ecclesiæ in Goldach. — Hunc librum Henricus de Sulzberg, parochus in Goldach, a. 1418 per Sifridum Brüstli, parochum in Hagenveil, 18 solden conscribi fecit. Sæc. xv, in-fol.

371. Lectionarium missæ epistolas solas comprehendens, c. picturis iv. — Initiales diversi generis sunt. Codex madefactus et mutilus. Ligatura prima. Sæc. xi, membr. in-4°. (S. 226.)

372. Lectionarium missæ epistolas continens et evangelia. — Nihil liturgici splendoris habet iste codex. Ligatura prima. Sæc. xi, membr. in-4°. (S. 126.)

373. Epistel-und Evangelienbuch für die geistlichen Menschen im Martistobel. — Pars una scripta est per Franciscum Joannem Hertenstein, ordinis S. Benedicti, altera a. 1405 per Henricum Brunner de Busenhofen, dein cessit monialibus S. Georgii Sæc. xv, membr. in-4°.

374. Antiphonarium missæ per B. Gregorium M. emendatum; lectionarium missæ — Membrana candida, subtilis. Codex studiose scriptus. Sæc. xi, in-4°. (S. 295.)

375. Antiphonarium missæ et sequentiæ missarum; ab initio simplex Martyrologium. — Codex a Liuthero, monacho S. Galli, cujus imago cernitur, scriptus. Notæ musicæ c. litteris; initiales imperite viridi, flavo et rubro colore picti. Sæc. xii, membr. in-4°. (S. 360.)

376. Calendarium; computus; Tropi carminum; Antiphonarium B. Gregorii; Hymni S. Notkeri c. præfatione. — Codex in subtili membrana delicate scriptus et picturis et deauratis litteris exornatus ac omnium Notkeri hymnos continentium pulcherrimus. Sæc. x, membr. in-4°. (M. 28.)

377. Collectio sequentiarum et hymnorum ex B. Notkero et aliis. Sæc. xv, chart. in-4°. (S. 405.)

378. Calendarium; Computus; Tropi carminum; Lib. hymnorum S. Notkeri; Antiphonæ; Missæ. — Collectio hæc hymnorum eleganter est scripta. Additiones multæ suo quæque ævo respondent.

379. Liber sequentiarum; Antiphonarium. — Liber in usum chori scriptus, tempore, quo in S. Gallo vix chorus erat. Sæc. xiv, membr. in-8°. (S. 447.)

380. Calendarium; Computus; Tropi carminum; Liber hymnorum S. Notkeri; Antiphonarium. — Codex optimus, minutis characteribus in membrana subtili exaratus, initialibus deauratis, sed jam fulginosis. Sæc. xi, in-12 oblongo.

